



0
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19

2 400 40

38

Ad Missio de la Comp. de prou del granado
REGVLAE CANCELLARIAE.
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII DI-
uina prouidentia Papae Quinti, eiusq; Motus proprii, Bullae, & alia decre-
ta: necno felicitis recodationis Pauli Quarti, post promulgationem
Sacrosancti Tridentini Concilij edita.


R. 9435



Per Reuerendis. Patrem, & Illustris. Dominum D. Georgium Diatradem
Episcopum Visensem approbata.
Excussa per Emanuelem Ioannes Typographu eius Reuerendis. Domini
Episcopi Visei in eadem Vrbe. Anno incarnationis Dominicae 1570.

del Messio della Comp. de' suoi Regnada
REGVLAE CANCELLARIAE.
SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI PII DI-
 uina prouidentia Papae Quinti, eiusq; Motus proprii, Bullae, & alia decre-
 ta: necnō felicis recodationis Pauli Quarti, post promulgationem
 Sacrosancti Tridentini Concilij edita.

R. 9435
 UNIVERSITATIS
 GRAZIA



¶ Per Reuerendis. Patrem, & Illustris. Dominum D. Georgium Diattaide
 Episcopum Visensem approbata.
¶ Excussa per Emanuelem Ioannes Typographū eius Reuerendis. Domini
 Episcopi Visei in eadem Vrbe. Anno Incarnationis Dominicae 1570.

Emanuel Ioannes Typographus
Candido Lectori.



NIMADVERTENS MVLTOŠ studiosos sacrarum litterarum, ac Pontificij iuris desiderare Copiam nouorū Canonum post promulgationem sacrosancti Cōcilij Tridentini aditorū, feci quantum in me fuit, vt vndiq; cōquisitos nostris typis eos mandare. Cumq; Reuerendis, Pater & Illustrissimus Dñs D. Georgius D^o Attaide Episcopus Visensis, Dominus atque patronus meus apud se haberet. fere omnes, & operam hanc nostram in iuuandis studijs probaret, non solum intentionem nostrā suo calculo confirmauit, verum sponte currētī calcar addidit iubens, vt quā primum excussos incōmodū publicum emitterem, non peperi labori, non industriæ, non expensis, vt & Reuerendis. Dñi mei iussione, & desiderio vestrum explerem. Spero autem vos meam diligentiam probaturos, qua elaborauī, vt quam emēdatissimi in vestras manus venirent, daboq; operā, vt quicumq;

Roma in hoc regnum denuo allati fuerint eisdē typis excussi huic volumini adiungi possint, consulens vestris dispendijs in emendis libris. Valete è nostra officina Visensi.

(...)

INDEX CAPITVM IN HOC LIBRO

contentorum, per breuis ille quidem, sed qui facile lectorem deducat ad singularum materiarum inuentione, in quo quidem propositus numerus & Folij & faciem primā eiusdē folij designat diēctio vero (eodem) alteram eiusdem faciem denotat

R eservationes, constitutiones, & Regulæ Cancellaria.	Fol. 1.
Reseruationes generales & speciales.	Fol. ibidē.
Reseruatō Cathedraliū Ecclesiarū & monasteriorū.	Fol. eodē.
Reseruatō dignitatum, necnon suorum & S. R. E. Cardin. familiarium, beneficiorum.	Fol. ibidem.
Reseruatō beneficiorum collectorum & subcollectorū.	Fol. 2.
Reseruatō beneficiorum curialium, dum curia trāsferatur.	Fol. ibidem.
Reseruatō beneficiorum Cubiculariorū & Cursorum.	Fol. ibidem.
Reseruatō beneficiorum in Ecclesijs sancti Petri, & sancti Ioan. Lateranensis, sanctæ Mariæ Maioris de vrbe.	Fol. ibidem.
De literis in forma Rationi cōgruit expediendis.	Fol. ibidem.
Declaratio reseruationis Ecclesiarum, & beneficiorum per prædecessores reseruatorum.	Fol. 3.
Reualidatio litterarum prædecessorum.	Fol. ibidem.
Reuocatio vnionum.	Fol. eodē.
Reuocatio facultatum quibusuis concessarum.	Fol. 4.
Reuocatio facultatum cōferendi beneficia reseruata.	Fol. eodē.
De diēctionibus numeralibus.	Fol. 5.
De concurrentibus in data.	Fol. ibidem.
De non tollendo his quæ situm.	Fol. eodē.
Regula de viginti.	Fol. ibidem.
De Idiomate.	Fol. 6.
De Impetrantibus beneficia per obitum viuentium.	Fol. ibidem.
De vnionibus, & vnionum confirmatione.	Fol. ibidem.
De mendicantibus transferendis.	Fol. ibidem.
De male promotis.	Fol. eodē.
De moneta.	Fol. ibidem.
De beneficijs vacaturis per promotiones Episcoporum.	Fol. ibidem.
De non iudicando iuxta formam supplicationum, sed litterarum expeditarum.	Fol. 7.

ij

De

De Regulis Cancellarie producendis.	Fol. eodem.
De surrogandis colligantibus.	Fol. 8.
De Verisimili noticia obitus.	Fol. eodem.
Non valeant cōmissiones causarū nisi literis expeditis.	Fol. ibidem.
De Impetrantibus beneficia per obitū familiarū Cardinaliū.	Fol. ibidē
Super eadem Familiaritate.	Fol. 9.
Signatura per fiat praferatur alteri concessum.	Fol. eodem.
De Annuali possessore.	Fol. 10.
De Triennali.	Fol. eodem.
De publicandis resignationibus.	Fol. ibidem.
De non appellando ante diffinitiuam sententiam.	Fol. 11.
Non stetur Commissioni post conclusionem.	Fol. eodem.
De literis Religiosorum expediendis.	Fol. ibidem.
De clausura ponēda in literis permutationū beneficiorū.	Fol. eodem.
De suppleendis defectibus.	Fol. 12.
De derogatione iuris patronatus.	Fol. ibidem.
De Commendis.	Fol. ibidem.
De Reformationibus.	Fol. eodem.
De consensu in Resignationibus & Pensionibus.	Fol. ibidem.
De ingressu religionis.	Fol. 13.
Nō valeat impetratio facta per modū in Cācellaria exprimen.	Fol. ibidē
De executione faciēda.	Fol. ibidem.
De dispensationibus in gradibus consanguinitatis.	Fol. ibidem.
Super defectu natalium.	Fol. eodem.
Super defectu aetatis.	Fol. ibidem.
Nulli suffragatur dispensatio nisi literis confectis.	Fol. ibidem.
De non promovendis ad sacros ordines.	Fol. 14.
De fructibus in absentia.	Fol. ibidem.
De Indulgentijs.	Fol. ibidem.
De clausulis ponendis in literis Indulgentiarum.	Fol. ibidem.
De Indulgentijs concessis ad instar.	Fol. ibidem.
De pluribus beneficijs vacantibus petitis.	Fol. eodem.
De exprimendo valore in impetrationibus.	Fol. ibidem.
De clausulis in beneficijs vacan. ponendis.	Fol. 15.
De expressionibus qualitatū beneficiorū in impetratibus.	Fol. eodem.

De clausulis ponendis in literis Religiosorum.	Fol. 16.
De translatione Religiosorum.	Fol. ibidem.
De clausula si est ita.	Fol. ibidem.
De petente prouideri de vacaturo.	Fol. eodem.
De mandatis Apostolicis, & executorialibus.	Fol. ibidem.
Reuocatio decimarum.	Fol. ibidem.
Renocatio facultatum percipiendi precium officiorum.	Fol. 17.
De infor descentibus.	Fol. eodem.
Officiales nihil exigant vltra debitum.	Fol. 18.
Quod Cardinales nō cōprehendantur sub regulis fiendis.	Fol. eodem.
De potestate Reuerendiss. Domini Vicecancellarij & Cācellariam Regentis.	Fol. 19.

¶ Index Motus proprij.

Reseruatō mensium Apostolicorum, Et alternatiua pro Episcopis residentibus.	Fol. 20.
Renocatio facultatū cōcessarum legatis & Nuntijs Apostolicis.	Fol. 22.
Bulla super Reseruatione beneficiorum.	Fol. 23.
Bulla Reuocatoria omnium indulgentiarum, etiam perpetuarum, pro quibus consequendis manus adiutrices sunt porrigendæ, & quæ quatuor facultatē quodolibet cōtinent.	Fol. 25.
Bulla super collatione Parochialium ecclesiarum.	Fol. 29.
Bulla Prohibitioni. Blasphemiae, Sodomiae, Simoniae, Concubiniatus, ac contra deambulantes per Ecclesias, pauperes per eas mendicantes, ac alios in eis illicitam facien. ne non de tollendis ex eis capsis, & depositis mortuorum, de non laborando in diebus Festiuis, ac circa plurima alia Dei honorē, & diuinum cultum concernen.	Fol. 32.
Bulla super clausura, & reformatione quarūcūq; Monialiū.	Fol. 37.
Edictum de non fabricando in Ecclesijs, neq; in earum porticis, de non sepeliē. mortuis nisi in cæmeterijs: ac tumbis, ne non de fenestris Ecclesijs intropicientibus remouendis, ac remunerandis.	Fol. 41.
Motus proprius, de veritate exprimēda, &c. in dispensationibus matrimonialibus, & alijs gratijs sub pæna falsi.	Fol. 42.

Bulla super declaratione decreti Concilij Tridentini, de cognatione spiritali inter maritū, & vxorē suscipientis, & baptizatum, baptizatiq; patrem, & matrem, & quascunq; alias personas, tam ex parte suscipiendis, quā baptizatis, & baptizati. Fol. 43.
Bulla super declaratione decreti Concilij Tridentini de impedimento affinitatis ex fornicatione proueniē. Fol. 44.
Edictum super residentia curatorū, ac de se presentari. in curia Reuerendissimi domini Vicarij infra decem dies pro ordinibus sacros, seu quacunq; Beneficia Ecclesiastica habentibus. Fol. 45.
Bulla suspensionis facultatum, & auctoritatum cōferendi beneficia per resignationem, seu permutationem vacantia in manibus quorumcunq; ordinariorum. Fol. 47.
Bulla super spolijs. Fol. 49.
Bulla cōfirmationis & nouæ concessions priuilegiorū omniū ordinum Mendicantium, cū certis declarationibus Decretis, & Inhibitionibus Sanctiss. D. N. D. Pij Papæ V. Fol. 54.
Breue super declaratione ordinum Mendicantium. Fol. 66.
Edictum super denūtiatione clericorū, ac birecto doctorum. Fol. 70.
Bulla super declaratione assignationum portionum Vicarijs in vnione Beneficiorum facien. Fol. 72.
Bulla super prohibitione agitationis Taurorū & Ferarū, & annullatiōe vtorū, & iuramētōrū, sup eisdē p tpe interpositorū. Fol. 74.
Bulla Relaxationis prohibitionis de non admittendis Resignationibus per Ordinarios, cum modificationibus. Fol. 76.
Bulla super deponendis fructibus, & distributionibus beneficiorum ecclesiasticorum lite pendente. Fol. 79.
Constitutio de proprietate sublata Fratribus ordinis Minorum cōuentualium, & de ambitu officiorum. Fol. 81.
Translatio Curæ Monialium a Fratribus ordinis Minorum cōuentualium ad Ordinarios locorum. Fol. 84.
Bulla Reuocationis facultatum, super promouen. ad Doctoratus licentiatūrā, & magisterij gradum. Fol. 86.
Constitutio De extinctiōe officiorū Ministri, Vicarij, & Visitatoris generalis in ordine Fratrum Tertij ordinis S. Fracisci. Et de submissione huius ordinis Ministro generali, & Prouinciali.

cialibus Fratrum Minorū de obseruantia. Cum reformatiōne dicti Tertij ordinis & eius Domorū vtriusq; sexus. Fol. 88.
Bulla super residentia faciēda in parochialibus per obtinētes eas, ac canonicatus, aut dignitates, seu aliud beneficium. Fol. 93.
Bulla per quam declaratur decretū sacri Concilij Tridentini, super impedimento publicæ honestatis æditum. Fol. 95.
Constitutio super modo, & forma publicandi ecclesiasticorum beneficiorum resignationes, ac eorū cōsensuū extensione. Fol. 96.
Constitutio de priuatione Clericorum propter incontinentiam, & eorū traditione brachio seculari. Fol. 100.
Reuocatio Priuilegiorū concessorū officijs Ro. Cu. Quod Laici, Bigami, & Clerici coniugati de cæteronō possint habere Pensionibus, aut alias res Ecclesiasticas, nec ipsi, nec Clerici, eas quas habent transferre. Fol. 101.
Reuocatio similiū Priuilegiorū, cōcessorū Militijs, & hospitalibus. ibidē.
Moderatio Priuatarum dispensationum, concessarum Militibus, & fratribus Militiarum, singulatim. Fol. ibidē.
Reuocatio Priuilegiorum Militiarum, & Hospitalium cōcedendi expectatiuas, vniendi, & supprimendi beneficia erigendi Præceptorias, appropriandi fructus, & proprietates beneficiorum suis Militijs, & Hospitalibus. Fol. ibidē.
Reuocatio facultatum testandi cōcessarum Militijs, & Hospitalibus, eorundemq; Militibus, & Fratribus. Fol. ibidē.
Extensio Concilij Tridentini Sess. 21. cap. 2. quod incipit. Cum non deceat, loquendo de clericis secularibus ad clericos regulares, non professos, quod non promoueantur ad sacros ordines, nisi seruata forma dicti Decreti. Fol. 107.
libilium ad implorandum diuinum auxilium pro defensione fidei Catholice, Fol. 109.
Motus proprius. Auocationis ad se, & successores suos Ro. Pōt. quarumcunq; causarum cōfidentiarum, tã motarum, & pendentiū, quam in futurum quomodolibet mouendarum. Fol. 111.
Bulla de cūfidentijs beneficialibus earūq; casibus p̄sumptionibus, & probationibus, cū relaxatione cognitionis causarum, præterquā pendentiū. Itēq; futurarum de collatoribus Episcopis & superioribus, beneficijsq; consistorialibus. Fol. 117.
Reuo.

Reuocatio Priuilegiorum Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani. de Hospitalibus, & pijs locis leproforum.	Fol. 121.
Prorogatio expeditionum Pauli Papæ Quarti.	Fol. 126.
Reuocatio indulgentiarum S. R. E. Cardinalium, cum limitationibus pro futura illorum concessione.	Fol. ibidē.
Constitutio per quam datur facultas iudici decernendi sequestrum. Super beneficijs reseruatis.	Fol. 128.
Reuocatio licentiarum, ac facultatum celebrandi missas uespertino tempore.	Fol. 130.
Bulla super celebratione festiuitatis Angelici Doctoris sancti Thomæ de Aquino.	Fol. 132.
Constitutio de triū uocorū p̄fessione abijsemitenda, qui in cōgregationibus sub obedientia uoluntaria uiuunt, quorū habitus à secularibus p̄sbyteris est distinctus.	Fol. 134.
Breue super reuocatione licentiarum ingrediendi Monasteria, ac domus Carthusien. & aliorum quorumcuq; regularium ordinū etiā Mendicantiū, quibusuis mulieribus cōcessarū.	Fol. 137.
Reuocatio facultatum concedendi cōmissiones alienationum bonorum ecclesiasticorū, aut p̄iorū locorum, Camerario, & Camera Apostolicæ Clericorum Collegio concessarum.	Fol. 138.
Constitutio super Forma creandi Censur.	Fol. 140.
Declaratio Cōcilij Tridentini de cōpaternitate, & affinitate, ex fornicatiōe ac Matrimonij desup cōtractis, & cōtrahēdis.	Fol. 142.
Declaratio Regule Pij Quarti. Super expressiōe gradus propinquioris indispensationibus matrimonialibus.	Fol. 143.
Bulla super forma iuramenti professionis fidei.	Fol. 144.
Bulla lecta in die coenæ Domini. Anno 1568.	Fol. 147.
Extensio cōstitutionis Bonifacij Papæ V. quæ incipit, Felix ad seientes & nō reuelantes eos, qui offendunt S. R. E. Card.	Fol. 156.
Bulla reformationis officij Sacræ poenitentiarie.	Fol. 158.
Bulla super reformatione officij Rotæ.	Fol. 164.
Bulla super cōfirmatione œcumenici generalis Cōcilij Tridē.	Fol. 168.
Bulla Remissionis & Recuperationis bonorum Ecclesiasticorū male alienatorum.	Fol. 172.
Reuocatio priuilegiorum de non recipiendis uel retinendis fratribus alterius ordinis.	Fol. 174.

FINIS.

Regulæ Cancellariæ.

j



Antissimus in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Pius diuina prouidentia Papa Quintus suorum prædecessorum uestigijs inherendo, normam, & ordinem rebus gerēdis dare uolens, in crastino assumptionis suæ ad summi apostolatus apicē, uidelicet die. 8.

Mensis Ianuarij Anni ab Incarnatione Domini 1565. Reseruaciones, constitutiones, & regulas infra scriptas fecit: quas etiam ex tunc suo tempore duraturas obseruari uoluit, & quas nos Alexander Episcopus Tusculan Card. Farnesius nuncupatus S. R. E. Vicecancellarius die Sabati 19. eiusdem mensis Ianuarij in cancellaria apostolica publicari fecimus.

A Vicecancellarius.

¶ Reseruaciones generales, & speciales.

¶ In primis reseruaciones fecit similes illis, quæ in constitutione fel. rec. Benedicti Papæ 12. quæ incipit Ad regimen cōtinentur, & illas locū habere uoluit etiā si officiales in eadem constitutione expressi apostolicæ sedis officiales ante obitum eorum esse desierint quoad beneficia quæ tempore quo officiales erant obtinuerant, Ac reseruauit beneficia quæ per constitutionem Ioannis Papæ. 22. quæ incipit Execrabilis, vacant, uel vacare contigerit.

A

Reser-

Regulæ

¶ Reseruatio Cathedralium Ecclesiarum, & Monasteriorum.

¶ Item reseruauit generaliter omnes ecclesias Patriarchales, Archiepiscopales, Episcopales, necnon omnia monasteria virorum valorem annuum ducentorum florenorum auri cõmuni æstimatione excedentia, & voluit quod excessus huiusmodi in literis exprimat.

¶ Reseruatio dignitatum, necnon suorum & S. R. E. Card. familiarium beneficiorum.

¶ Item reseruauit generaliter dispositioni suæ omnes dignitates maiores post pontificales in Cathedralibus etiã Metropolitanis ecclesijs, necnon valorem decem florenorum auri communi æstimatione excedentes, principales in collegiatis. Reseruauit etiam Prioratus, præposituras, præpositatus, ac alias dignitates conuentuales, & præceptorias generales ordinũ quoruncunq; sed non militiarũ, ac quecunq; beneficia, quæ sui & dum Cardinalatus fungebatur honore existentes, ac S. R. E. viuentium nunc, & qui erunt suo tempore Cardinalium familiares cõtinui Commensales obtinent, & impofterum obtinebunt eorũ familiaritate durante, ac in quibus, seu ad quæ ius eis cõpetit aut competierit, etiam si ab ipsa familiaritate per obitum Cardinalium eorundem vel alias decesserint: Ac fel. re. Pauli 2. Innocentij 8. Adriani 6. Pauli 3. & Iulij etiam 3. ac Marcelli etiam 2. Pauli 4. necnon Pij etiam 4.

Roma

Cancelariæ.

ij

Romanorum Pontificum prædecessorum suorum vestigijs in harendo, declarauit, dignitates, quæ in Cathedralibus etiam metropolitanis post pontificales non maiores existunt, & quæ ex apostolicæ Sedis indulgentia, vel ordinaria auctoritate aut consuetudine præscripta, vel alias quouismodo in collegiatis ecclesijs principalem præeminentiam habere noscuntur, sub reseruatione prædicta comprehendi debere.

¶ Reseruatio beneficiorum Collectorum, & Subcollectorum.

¶ Item reseruauit generaliter omnia beneficia ecclesiastica quoruncunq; Collectorum & vnicorum in quacunq; Ciuitate vel dioc. qui suo tẽpore eorum officia exercuerint subcollectorum fructuũ, & prouentuum Cameræ apostolicæ debitorum, illa videlicet beneficia duntaxat, quæ durante eorum officio obtinuerint, ac in quibus, seu ad quæ ius tunc eis competierit.

¶ Reseruatio beneficiorum Curialium dum Curia transfertur.

¶ Item reseruauit omnia, & singula beneficia ecclesiastica quoruncunq; Curialium, quos dũ Curia Romana de loco ad locũ transfertur eam sequẽdo decedere cõtigerit, & in quouis loco quantũcunq; etiã à dicta Curia remoto.

¶ Reseruatio beneficiorum Cubiculariorum & Cursorum.

A ij

Item

Regulæ

¶ Item referuauit generaliter idem Dominus N. Papa dispositioni suæ omnia beneficia Cubiculariorum, & Cursorum suorum.

¶ Reseruatio beneficiorum Ecclesijs S. Petri, & S. Io. Lateranen.

¶ Item referuauit dispositioni suæ generaliter quæcunq; Canonatus, & præbendas, ac dignitates, personatus, & officia in principis apostolorum, & S. Ioannis Lateranen., ac beatæ Mariæ Maioris de Vrbe ecclesijs, necnon ad collationem, prouisionem, & præsentationem, seu quamuis aliam dispositionem S. R. E. Cardinalium à Roma. Cu. absentium ratione suorum Episcopatum Cardinalatus, ac ipsorum Cardinalium titulorum spectantia quamdiu absentia sua durauerit, Canonatus, & præbendas, dignitates, personatus, administratiões, & officia, ceteraq; beneficia ecclesiastica, cum cura vel sine cura, vacantia, & inantea vacatura, tam in eadē vrbe, quam in ecclesijs, Ciuitatibus, & dioc. dictorum Episcopatum consistentia, ac decreuit irritum, &c.

¶ De Literis in forma Rationi congruit expediendis.

¶ Itē voluit idem Dominus N. Papa quod cōcessa per se, re. Pium Papam 4. prædecessorem suū, & de eius mandato expediantur in forma rationi congruit sub die Coronationis suæ (vt moris est) & idē quoad concessa per piæ me. Paulum Papam 4. etiam prædecessorem suum ad sex menses

Cancellariæ.

iiij

mensēs, duntaxat ab ipsa die Coronationis incipiendos obseruari voluit.

¶ Declaratio reseruationis Ecclesiarū, & beneficiorū per Prædecessores reseruatorum.

¶ Item declarauit omnium, & singularum ecclesiarum Cathedralium, & Monasteriorū prouisiones, quas præfati Prædecessores sui ordinationi, & dispositioni eorum, necnon omnia, & singula beneficia Ecclesiastica, quæ dicti prædecessores etiā præfatæ dispositioni, cum interpositione decreti reseruauerant, quæ quidem Ecclesiæ, & monasteria, necnon sic reseruata beneficia tēpore obitus eorundem prædecessorū vacabant, aut ecclesiæ ipsæ vel monasteria huiusmodi si cōmendata, vel eis administratores deputati non fuissent, etiam tunc vacassent, remansisse, & remanere per huiusmodi reseruationem & decretū affecta, nullūq; de illis præter Romanum Pontificē ea vice se intronittere, vel disponere potuisse, siue posse quoquomodo, decernens irritū & inane si secus de illis attentatū forsā erat tunc, vel in posterū contigerit attemptari.

¶ Reuvalidatio literarum Prædecessorum.

¶ Item prædictus D. N. omnes, & singulas ab ipso Pio prædecessore suo infra annum ante diem obitus eius concessas gratiæ vel iustitię literas temporibus debitis eorum executoribus non præsentatas omnino reuvalidauit, & in statū pristinum in quo videlicet antefuerant, vel pro qui-

A iiij bus

Regulæ

bus erant obtente, quoad hoc plenarie restituit, ac decreuit per executores prædictos, vel ab eis subdelegandos, perinde ad ipsorum executionem procedi posse, & debere, ac si executio huiusmodi temporibus præfatis incohata fuisset.

¶ Reuocatio Vnionum.

¶ Item rationabilibus suadentibus causis ipse D. N. omnes vniones, annexiones, incorporaciones, suppressiones, extinctiones, applicationes, & dismembraciones etiam perpetuas de quibusuis Cathedralibus, necnon alijs ecclesijs, monasterijs, dignitatibus personatibus, officijs, ac locis, & beneficijs ecclesiasticis percessum, vel decessum, aut quamuis aliam dimissionem, vel ammissionem, quacumque fuerint, inuicem, vel alijs ecclesijs monasterijs, mensis, dignitatibus, personatibus, officijs, beneficijs, ac pijs, & alijs locis vniuersitatibus, etiam studiorum generalium & collegijs, etiam in fauorem S. R. E. Card. seu ecclesijs, monasterijs, & beneficijs, per eos obtentis quomodolibet apostolica, vel alia quauis auctoritate factas, quæ suum non sunt sortitæ effectum: ac quæcumque concessiones, & mandata super vnionibus, annexionibus, incorporationibus, ac alijs præmissis taliter faciendis reuocauit, cassauit, & irritauit, nulliusque decreuit existere firmitatis, nec alicui quascumque clausulas, vel additiones, in quibusuis apostolicis etiam quæ motu proprio, aut ex certa scientia, etiã cõsistorialiter processerāt, & emanaue-

rant

Cancellariæ.

iiij

rant literis, etiam si in eis decretum esset, illas ex tunc effectum sortitas esse, aut ius quæsitum fore quomodolibet contentas aduersus reuocationem, cassationem, & irritationem huiusmodi voluit aliquatenus suffragari.

¶ Reuocatio facultatum quibusuis concessarum.

¶ Item reuocauit quascumque facultates concessas quibusuis Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs Prælatibus & personis, necnon Apostolicæ Sedis nuntijs, ac fructuũ, & prouentuũ Cameræ Apostolicæ debitorũ, Collectoribus de dispensando cum quibusuis personis super matrimonio contracto, vel contrahendo in gradu prohibito, ac natalium, & ætatis defectibus, & de incõpatibilibus beneficijs ecclesiasticis in simul retinendis, necnon de notarijs publicis creandis, ac de disponendo quomodolibet de quibusuis beneficijs ecclesiasticis, et alias à præmissis officia ipsorum Nunciorũ, & Collectorum directe non concernentes: Necnon facultates & indulta quibusuis Cardinalibus, ac alijs personis etiam ad vitam de quibusuis beneficijs ecclesiasticis certarum ciuitatũ, & dioc. in quibus ipsi non erant, nec fuerant veri ordinarij collatores, sed de ipsorum ordinariorũ consensu, aut etiam sine ipsorum consensu, seu sede Episcopali, vel etiam Archiepiscopali vacanti, disponendi, aut vicarios perpetuos, seu etiam temporales, qui etiam eisdem Cardinalibus,

A iiij

aut

Regulæ

aut personis huiusmodi beneficia conferrent, vel cõmendarent, deputãdi, aut ipsi Vicarij per quoscunq; Romanõ, Pontifices prædecessores suos deputati fuissent, etiã perinde ac si veri, & non ficti inibi ordinarij collatores essent, ac etiam cum decreto, quod dispositiones, de eisdem beneficijs absq; eorundem Cardinalium, vel personarũ consensu, etiam per Sedem Apostolicã pro tempore facte nullius essent roboris quomodolibet concessa, etiã si in literis desuper confectis sint clausulæ restitutoriæ, reintegratoriæ, & derogatoriarum derogatoriæ, & aliæ efficaciores, quas pro expressis haberi voluit quoad omnia in quibus facultates ipsæ non sunt sortitæ effectum, etiam si Nuntijs eisdem dictæ Sedis Legatis de latere competens sit concessa potestas, decernens irritum, &c.

¶ Reuocatio facultatum conferendi beneficia referuata.

¶ Item reuocauit quascunq; facultates, & literas desuper confectas, per quas quicunq; sui prædecessores Romani Põtifices quibusuis personis ordinariam collationem, seu aliam dispositionem, beneficiorum ecclesiasticorum de iure, vel consuetudine habentibus, & quauis etiam patriarchali, Archiepiscopali, Episcopali, vel alia dignitate: non tamen Cardinalatus honore fungentibus quauis consideratione, vel intuitu, etiam motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine conferant,

Cancellariæ.

serant, aut quãdiu viuerent, vel suis ecclesijs, seu monasterijs præessent, aut ad aliud tempus de beneficijs ecclesiasticis generaliter referuatis, seu affectis ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, aut quamuis aliam dispositionem, communiter, vel diuisim spectantibus disponere libere, & licite valerent, aut etiam ad id per eosdem prædecessores Vicarij perpetui, vel ad tempus constituti forent.

¶ De dictionibus numeralibus.

¶ Item vt in Apostolicis literis committendi crimen falsi per amplius tollatur occasio, voluit, statuit, & ordinauit, quod in antea dictiones numerales, quæ in dictis literis ante kl. Non. & idus immediate poni consueuerunt per literas, & sillabas extense scribantur, & illæ ex præfatis literis in quibus huiusmodi dictiões aliter scriptæ fuerint, ad bullariã nullatenus mittantur.

¶ De Concurrentibus in data.

¶ Item voluit, quod de Concurrentibus super vacantibus, seu certo modo vacaturis beneficijs illi quibus gratiæ motu proprio conceduntur cæteris simili modo gratias non habentibus, alias graduati non graduatis, aut inter graduatos magis graduati, ac inter æqualiter graduatos prius graduati, nec non colorato titulo possessores non possessoribus, ac inter personas alias in curia presentes absentibus ab ea, ac inter presentes nõ beneficiati beneficia-

tis, &

Regulæ

ris, & similiter inter absentes, cæteris paribus, oriūdo nō oriūdo, et dioecesanus nō dioecesano: In reliquis vero singuli qui prius apostolicas desuper literas eorū executoribus presentauerint, alijs in ipsorum de quibus agi contigerit beneficiorum assécutione præferantur.

¶ De non tollendo ius quesitum.

¶ Item, ne per varias quæ pro cōmissionibus, seu mandatis, & declarationibus habendis in causis plerunq; fiūt suggestiones, iustitia postponatur, idē D. N. decreuit, & declarauit suę intētionis fore, quod deinceps per quacūq; signaturam, seu concessionē, aut gratiā, vel literas apostolicas pro Cōmissionibus, seu mandatis, & declarationibus huiusmodi, etiā si motu proprio, et ex certa sciētia, ac etiā ante mortālité a sanctitate sua emanauerint, vel de eorū mandato faciēdas nullius sibi q̄sitū quomodolibet tollat.

¶ Regula de viginti.

¶ Itē voluit, quod si quis in infirmitate constitutus resignauerit aliquod beneficiū siue simpliciter, siue ex causa permutationis, vel alias dimiserit, aut illius cōmendæ cesserit, seu ipsius beneficij Vnionis dissolutioni consenserit, etiā vigore supplicationis, dū esset sanus, signatæ, & postea infra viginti dies à die per ipsum resignantē præstādi cōsensus cōputandos, de ipsa infirmitate decesserit, & ipsum beneficiū quauis auctoritate conferatur per resignationem, sic factā collatio huiusmodi sit nulla, ipsumq; bene

Cancellariæ.

vj

beneficiū nihilominus per obitum censeatur vacare.

¶ De idiomate.

¶ Itē voluit quod si cōtingat ipsum alicui personę de parochiali ecclesia prouidere, seu mādare prouideri, nisi ipsa persona intelligat, et intelligibiliter loqui sciat idioma loci, vbi huiusmodi ecclesia cōsistit, prouisio, seu mādātū, & gratia desup quoad parochialē ecclesiā nullius sit roboris, vel momenti.

¶ De Impetrantibus beneficia per obitum viuentium.

¶ Item si quis supplicauerit, sibi de beneficio quocunq; tanquam per obitum alicuius licet tunc viuentis vacante prouideri, et postea per obitū eius vacet prouisio, & quæuis alia dispositio dicto supplicanti per obitum huiusmodi denuo faciendæ nullius sit roboris vel momenti.

¶ De vnionibus, et vnionum confirmatione.

¶ Item voluit quod petentes beneficia ecclesiastica alijs vniri, tenentur exprimere verum annum valorem sec. co. est. tam beneficij vniendi quā illius cui vniri petitur, alioquin vnio non valeat, & semper in vnionibus cōmissio fiat ad partes vocatis quorum interest, et idem voluit obseruari in confirmationibus vnionum factarum.

¶ De mendicantibus transferendis.

¶ Itē de medicantibus qui ad alios ordines transferint pro tempore

Regulæ

re tempore, voluit cõstitutione, se. re. Martini Papæ. v. præde-
cessoris sui desuper factã, & in lib. Cancell. Apost. descriptã
q̄ incipit: Viã ábitiosę cupiditatis & c. firmiter obseruari.

¶ De male promotis.

¶ Item de Clericis extra tempora à iure statuta, siue ante
ætatem legitimam, aut absq; dimissorijs literis ad sacros
ordines se promoueri facientibus pro tempore, etiam vo-
luit cõstitutionem Piæ me. Pij Papæ 2. similiter præde-
cessoris sui desuper editam, & in dicto Cancellarię Apos-
tolicę libro descriptam, quæ incipit: Cum ex sacrorum
ordinum & c. pari modo obseruari.

¶ De Moneta.

¶ Item declarauit idem D. N. quod libra Turoneñ. par-
uorum, & florenus auri de Camera pro æquali valore in-
concernentibus literas, & Cameram Apostolicam cõ-
putari, & extimari debeant.

¶ De beneficijs vacaturis per promotiones Episcoporum.

¶ Item præfatus D. N. Papa voluit, decreuit, & ordina-
uit, quod quęcunq; concessiones, gratię, & mandata etiã
motu proprio, & cum derogatione huiusmodi constitu-
tionis, quę ab eo pro quibusuis personis emanauerint de
prouidendo eis de quibusuis beneficijs vacaturis per pro-
motionem quoruncunq; ad ecclesiarũ, & monasteriorũ
regimina, si huiusmodi concessiones, & mandata dictæ
promo-

Cancellariæ.

vij

promotionis promouendorum ipsorum præcesserint,
necnon quęcunq; collationes, prouisiones, & dispositio-
nes pro tempore faciendæ de præmissis, ac quibusuis alijs
beneficijs ecclesiasticis secularibus, & regularibus, quæ
per promouendos, vel assumédos, ad quascunq; prælatu-
ras inter illarum vacationis, & huiusmodi promotionis,
vel assumptionis tempora simpliciter, vel ex causa permu-
tationis vbicunq; resignari, vel alias dimitti contigerit,
cum inde secutis pro tẽpore sint cassæ, & irritę, nulliusq;
roboris, vel momenti.

¶ De non iudicando iuxta formam supplicationũ, sed literarum expeditarum.

¶ Item cum ante cõfectionem literarum gratia aposto-
lica sit informis, voluit, statuit, & ordinauit, idem D. N.
quod Iudices in Romana Curia, & extra eam pro tem-
pore existentes, etiam si sint S. R. E. Card. causarum pa-
latij apostolici Auditores, vel quicunq; alij nõ iuxta suppli-
cationũ signatarũ super quibusuis impetrationibus, nisi in
dicta curia duntaxat sint cõmissiones iustitiam concernẽ-
tes per placet, vel S. R. E. Vicecancellarium iuxta facul-
tates super hoc sibi concessam signatæ, sed iuxta literarũ
super eisdem impetrationibus, & concessionibus confe-
ctarum tenores, & formas omnino iudicare debeãt, decer-
nẽs irritũ, & inane & c. Et si literæ ipse p̄ter præoccupatio-
nem, vel alias minus bene expeditæ reperiantur, ad illorũ
quorum

Regulæ

quorum interest instantiam ab apostolicâ Cancellariam remitti poterunt per officiales, quibus huiusmodi tenores & formas restringere cõuenit ad formas debitas reducẽde.

¶ De Regulis Cancellariæ producendis.

¶ Item attendens idẽ D. N. Papa, quod super habendis de Cancellaria apostolica regulis, & constitutionibus in ibi descriptis faciliter pereos qui in Romana Curia indiguerint, ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest, nec consultum foret quod super earundem regularum, & constitutionum, quasiuxta varietatem occurrentium causarum, & negotiorum aliquoties immutari conuenit probando tenorem, vel effectum testium, plerunq̃uẽ tenacem memoriam desuper nõ habentium despositionibus stari deberet: Voluit, statuit, & ordinauit, quod deinceps quilibet ex Auditoribus causarum palatii apostolici, & alij etiam si S. R. E. sint Card. in ipsa curia pro tempore deputatis auctoritate apostolica iudicibus, etiam in causis actu penden. super huiusmodi effectu, vel tenore probando duntaxat, stet, fidemq̃; adhibeat cedulæ seu scripture desuper à duobus de maiori parco, quod danda sit à tergo signatæ, & etiam duobus alijs literarum apostolicarũ Abbreuiatoribus in ipsa Cancellaria anscultatæ, & D. Vice cancellarij, seu dictam Cancellariam Regẽtis manu subscriptæ (vt in oris est) quicquid autem secus fieri contigerit, nullius sit roboris, vel momenti,

De

Cancellariæ.

vij

¶ De surrogandis collitigantibus.

¶ Item D. N. litium succidere cupiens anfractus, & ne noui collitigantibus aduersarij dentur, prouidere, voluit, statuit & ordinauit, quod quoties deinceps aliquem super quouis ecclesiastico beneficio collitigantem in iurẽ, vel ad ius, si quod forsan eius aduersario in dicto beneficio competierit, surrogari concesserit, dummodo prefatus in dicto beneficio intrusus non fuerit, nec super eo contradictum aduersarium, postquã illud per triennium pacifice possederit, lis tunc mota fuerit, aliorum quorumlibet de premissis iure, siue tunc vacet, vel cum vacauerit impetrationes, vel concessiones, etiam motu proprio infra mensem ante concessionem huiusmodi factę nullius sint roboris, vel momenti: Et nihilominus Pauli 2. Innocentij 8. Adriani 6. Pauli 3. ac Iulij etiã 3. nec nõ Macelli etiã 2. & Pauli 4. & Pij etiam 4. Romanorum Pontificũ predecessorum suorum vestigijs inherendo, cupiens eorum fraudibus obuiare, qui uiuentium beneficia, illorũ pretertim quibus aut propter senium, aut propter infirmitatem immineret vitę periculum impetrant, vt illis decedentibus tanquam Collitigantes in illorũ iuribus facilius surrogentur, Voluit vt deinceps nullus in iure, vel ad ius in beneficio defuncti, quod illo uiuente in casibus premissis, vel similibus impetrauit, aliquo modo surrogetur, ac surrogatio, vel gratia, si neutri, si nulli, seu nouę prouisionis,

aut

aut perinde valeré: taliter impetranti nullatenus suffragetur, quod etiam strictissime obseruari mandauit in impetrationibus beneficiorum per priuationem, & amotionem, ex quibusuis criminibus, & excessibus forsan perpetratis, etiamsi vsq; ad diffinitiuam sententiam, quæ tamē in rem non transferit iudicatam, processum foret.

¶ De Verisimili notitia obitus.

¶ Itē voluit, & ordinauit, q̄ oēs gratiæ quas de quibusuis beneficijs ecclesiasticis cū cura, vel sine cura, secularibus, & regularibus per obitum quaruncunq; personarū vacantibus in antea fecerit, nullius roboris, vel momenti sint, nisi post obitum, et ante datam gratiarum huiusmodi tantum temporis effluerit, quod interim vacationes ipsæ de locis in quibus persone prædictæ decesserint ad notitiam eiusdē D.N. verisimiliter potuerint peruenisse.

¶ Non valeant Commissiones causarum nisi literis expeditis.

¶ Item quod omnes, et singulæ commissiones causarū, quas in antea fieri contigerit, obtentæ, vel occasione concessionum duntaxat apostolicarum de beneficijs ecclesiasticis gratiarum super quibus literæ apostolicæ confectæ non fuerint, ac processus desuper habendi, nullius sint roboris, vel momenti.

¶ De Impetrantibus beneficia per obitum familiarium Cardinalium.

Item

¶ Item voluit, quod impetrans beneficium vacans per obitum Familiaris alicuius Cardinalis teneatur exprimere nomen, & titulum ipsius Cardinalis, & si ille incuria fuerit eius ad id accedat assensus, alias desuper gratia sit nulla, & idem seruari voluit si dicti familiares eorundem Cardinalium familiares esse desierint, seu ad aliorū Cardinalium familiaritatem similem transferint, quoad beneficia quæ familiaritate priori durante obtinuerint, & in quibus priori ipsa familiaritate durante ius eis competierit, ita quod quoad illa Cardinales, quorum prius familiares fuerint, suum habeant adhibere consensum, ac se. re. Xisti 4. Innocentij 8. Adriani 6. Pauli 3. ac Iulij etiam 3. Marcelli 2. necnō Pauli 4. & Pij etiam 4. Roman. Pontificum prædecessorum suorum inherendo vestigijs, declarauit præsentem constitutionem locum nō habere in illis beneficijs quæ non solum ratione familiaritatis continuæ cōmensalitatatis huiusmodi, sed etiam ratione officiorum quæ familiares ipsi tempore obitus eorum in dicta curia, vel extra eam obtinerent, aut antea obtinuissent dictæ dispositioni generaliter reseruata, vel affecta fuisse apparent, necnon illos quoad effectum dictæ cōstitutionis familiares eorundem Cardinalium censerit, qui ipsorum Cardinalium familiares continui cōmensales ad minus per quatuor mēses fuisse probarētur decernēs irritū & c.

¶ Super eadem Familiaritate.

B

Item

Regulæ

¶ Item idē D.N. ad euitandas lites, et contentiones quę ex præcedenti sua constitutione exoriri possent, vestigijs prædecessorum suorum inhærendo, voluit, statuit, & ordinauit quod si beneficia quę per obitum Familiarium continuorum commensalium eorundem Cardinalium in futurum vacabunt cessantibus apostolicis reservationibus ad alterius Cardinalis collationem, vel aliam dispositionem pertinere deberent, in dicta præcedenti constitutione non comprehendantur, quoad hoc, vt in prouisionibus talium beneficiorū super expeditionibus literarum illius Cardinalis cuius familiaris defunctis ille extitit consensus requiri debeat, sed beneficia huiusmodi ad collationem seu quāuis aliam dispositionem Cardinalis ordinarij collatoris, vt præfertur, libere spectare censeantur, & si apud Sedem Apostolicam beneficia huiusmodi per obitū dictorum Familiarium vacauerint, tunc in prouisione talium beneficiorum super expeditione literarum illius Cardinalis exigatur consensus si in R.o. Cu. præsens fuerit ad quem eorundem collatio, vel dispositio, vt præfertur pertinere deberet.

¶ Signatura per fiat præferatur alteri concessum.

¶ Item voluit idem D.N. quod concurrentibus eadem die super quocunq; beneficio per fiat, & concessum signaturis, ex eis per fiat etiam, vt petitur habens alteri per concessum etiam motu proprio habenti præferatur.

De

Cancellariæ.

x

¶ De Annuali possessore.

¶ Item Sanctiss. D.N. vt improbilites exquirentiū motus reprimantur, voluit, statuit, & ordinauit, quod quicumq; beneficium ecclesiasticum tunc per annum immediate præcedentem pacifice possessum, & quod certo modo vacare prætenditur deinceps impetrauerit, nomē gradum, & nobilitatem possessoris eiusdem, & quotannis illud ipse possederit, ac specificam & determinatā, ex qua clare poterit constare, quod nullum ipsi possessori in dicto beneficio ius cōpetat causam in huiusmodi impetratione exprimere, & infra sex menses ipsum possessorem ad iudicium euocari facere: causamq; ex tunc desuper infra annum vsq; ad sententiam diffinitiuam inclusiuē prosequi debeat, & teneatur, alioquin impetratio prædicta, & quęcunq; inde secuta nullius existant firmitatis, & idē impetrans de damnis, & interesse possessorem prædictum, propterea cōtingentibus ei satisfacere, etsi possessorem ipsum, iniuste friuole & indebite molestasse repertus extiterit quinquaginta florenos auri persoluere Camere Apostolicę sit astrictus, nec alius quā præmissæ vacationis modus, etiā per literas sineutri, aut surrogationis vel alias sibi quoad hoc, vt beneficium huiusmodi, ea vice consequi, aut obtinere valeat quomodolibet suffragetur, illudque nullatenus in antea litigiosum propterea censeatur, quod etiam extendi voluit ad impetran-

B ij tes

Regulæ

tes beneficia ecclesiastica cuiuscunq; qualitatis per priuationem, & amotionem, vel alias propter commissum excessum, & crimina vacantia, vel vacatura, & similiter ad impetrantes beneficia tanquam vacantia per deuolutionem.

¶ De Triennali.

¶ Item statuit, & ordinauit idem D. N. q; si quis quecunq; beneficia ecclesiastica, qualiacunq; sint absq; simoniaco ingressu, ex quo uis titulo apostolica vel ordinaria collatione aut electione, & electionis huiusmodi confirmatione, seu presentatione, & institutione illorum ad quos beneficiorum huiusmodi collatio, prouisio, electio, & presentatio, seu queuis alia dispositio pertinet, per triennium pacifice possederit, dummodo in beneficijs huiusmodi, si dispositioni apostolicæ ex reservatione generali in corpore iuris clausula reseruata fuerint, se non intruserit super eisdem beneficijs taliter possessis molestari nequeat, nec non impetrationes quaslibet de beneficijs ipsis sic possessis factas, irritas, & inanes censi debere decreuit, antiquas lites super illis motas penitus extinguendo.

¶ De publicandis resignationibus.

¶ Item idem D. N. statuit, & ordinauit quod quecunq; beneficia ecclesiastica, siue in R. o. Curia, siue extra eam resignata nisi de illis factæ resignationes, si in eadem Curia infra sex menses à die datæ supplicationis, & non à die præstiti cōsensus computandos, si uero extra dictam Curiam actæ

Cancellariæ.

xj

factæ sint infra mensem ex tunc ubi dicta beneficia consistunt publicatæ fuerint, vel possessio illorum ab eis quos id contingit petita extiterit si resignantes ista postmodum in eorundem resignatorum beneficiorum possessione decesserint, non per resignationem sed per obitum huiusmodi vacare ceseantur, collationes quoq; & quæuis aliæ dispositiones de illis tanquam per resignationem vacantibus factæ, & inde secuta nullius sint roboris, vel momenti.

¶ De non appellando ante diffinitiuam sententiam.

¶ Item idem D. N. ut finem litibus celerius imponatur, & litigantium pareatur sumptibus, & expensis, suorum prædecessorum constitutionibus, & statutis inhærendo statuit, & ordinauit, quod in causis in R. o. Cu. pendentibus, & quas imposteriorum contigerit agitari nulli ante diffinitiuam sententiam liceat appellare nec appellatio si fuerit omissa debeat admitti nisi ab interlocutoria que vim habeat diffinitiuæ, vel a grauamine minime concernente negotium principale, quod non possit per appellationem à diffinitiuam sententiam reparari, nulliq; causæ appellationum committantur, nisi in cōmiss. exprimatur quod interlocutoria vim diffinitiuæ habeat, vel grauamen sit tale, quod in appellatione à diffinitiuam non valeat reparari, alioquin appellationes, & cōmissiones, imposteriorum, & quicquid inde secutum fuerit, nullius sit roboris,

B iij

& mo-

& momenti, cõmissionibus appellationũ eam iudicibus presentatis & exhibitis in suo robore permãsuris in quibus latis super eisdẽ sententijs secundo, vel vltius, ab eis nõ liceat appellare, appellantes vero, & appellatiões, etiã ab inter locutorijs, & grauaminibus huiusmodi suo, vel alterius nomine prosequẽtes si succubuerint vltra expensas, & dãna ad quẽ refarcienda de iure cõdemnatus compellitur viginti florenorum auripæna mulctentur.

¶ Non sterur Commissioni post conclusionem.

¶ Item statuit, & ordinauit, quod in Cõmissionibus de iustitia seu mandatis etiã cõsistorialibus per eũ seu de eius mandato vel auctoritate in Causis in quibus conclusum existat in posterũ concedendis, etiã si in eis de cõclusionẽ huiusmodi implicite vel explicite mẽtio facta fuerit, nihil cẽseatur esse cõcessum, nisi per concessionẽ commissionis huiusmodi conclusioni derogetur expresse.

¶ De literis Religiosorum expediendis.

¶ Item voluit & ordinauit, quod si aliqui Religiosi petunt aliquod beneficium ad nutum amouibile cũ clausula q̃ exinde pro solo nutu Abbatis vel Superioris amoueri non possit, literæ quoad ipsam clausulã nullatenus expediantur, nisi idẽ D. N. ponat in Signatura q̃ non possit amoueri vel ad partem clausulã ipsam concedat.

¶ De Clausula ponenda in literis permutationum beneficiorum.

Item

¶ Item si cõmittatur alicui beneficij resignationis receptio ponatur clausula: Attente quoq; provideas &c. & si ex causa permutationis resignationes fiant ponatur clausula quod neuter permutantiũ ius acquirat nisi quilibet ipsorum ius habuerit in beneficio per ipsum resignato.

¶ De supplendis defectibus.

¶ Voluit quod si petantur suppleri defectus in genere, nullatenus literæ desuper cõcedantur nisi in petitione desuper huiusmodi defectus exprimantur vel per fiat vt petitur Supplicatio signata fuerit.

¶ De derogatione Iuris patronatus.

¶ Item voluit quod super quouis beneficio ecclesiastico de iure patronatus laicorum, non expediantur literæ nisi ponatur expresse, quod tale beneficiũ tanto tẽpore vacauit quod eius collatio ad sedẽ apostolicam legitime est deuoluta, vel quia tempus patronis laicis, ad presentandũ à iure prefixum lapsum existat, aut ad id patronorum ipsorum accedat assensus, & si per ipsum iuri patronatus huiusmodi derogari contigerit, si ius huiusmodi ad aliquẽ Regẽ, Ducem, Marchionem, vel alium Principem pertineat, & de hoc in literis p̃uisionis vel m̃dati de provideo de dicto beneficio mẽtio facta nõ fuerit, nõ censeatur iuri hmõi quomodolibet fore derogatum.

¶ De Commendis.

¶ Item voluit quod nulli Seculari de regulari, nec Reli-

gioso de seculari beneficijs cōmenda detur, nisi in signa-
tura vel per clausulam ad partem super petitione comen-
dæ huiusmodi de comenda ipsa mentio fiat.

¶ De Reformationibus.

¶ Item voluit, statuit, & ordinavit q̄ super quibuscunq̄;
reformationibus quorumcunq̄; beneficiorum vacantiū,
vel certo modo vacaturorum in quibus petitur quod li-
teræ super prima data expediri possint, si ex huiusmodi
expeditione sub tali data cuicūq̄; videatur posse fieri præ-
iudicium literæ huiusmodi sub ipsa prima data nullatenus
expediantur, nisi reformationes huiusmodi per fiat
& sub prima data signatæ fuerint.

¶ De consensu in Resignationibus &
Pensionibus.

¶ Item voluit, & ordinavit quod super resignatione cu-
iuscunq̄; beneficij Ecclesiastici, seu cessione iuris in eo q̄
in manibus suis, vel in Cancellaria apostolica fieri conti-
gerit apostolicæ literæ nullatenus expediantur nisi resig-
nans vel cedens, si præsens in Ro. Cu. fuerit personaliter,
alioquin per procuratorem suum ad hoc ab eo speciali-
ter constitutum, expeditioni huiusmodi in eadem Can-
cellaria expresse consenserit, & iuraverit, vt moris est, &
supsum resignantem, vel cedentem pluries super vno,
& eodem beneficio in fauorem diuersarum personarum
succesiuè cōsentire contigerit, voluit Sāctitas sua quod
primus

primus consensus tenere debeat, & alij posteriores cōsen-
sus, ac literæ illorum prætextu etiam sub priori data expe-
ditæ pro tempore, nullius sint roboris, vel momenti, nec
literæ reservationis, vel assignationis etiam motu pro-
prio cuiusuis pensionis annuæ, super alicuius beneficij fru-
ctibus expediri possint, nisi de consensu illius qui pensi-
onem persolvere tunc habebit.

¶ De ingressu religionis.

¶ Itē nō dētur literæ super beneficijs vacaturis per ingres-
sū religionis nisi illæ præcesserit data de super petitionis.

¶ Non valeat impetratio facta per modum in
Cancellaria exprimeñ.

¶ Item voluit, quod si petatur aliquod beneficium vacās
per modū in Cancellaria Apostolica exprimendum talis
impetratio non valeat nec literæ de super expediantur.

¶ De executione facienda.

¶ Item voluit, statuit, & ordinavit, quod quotiescunq̄;
per signaturam suam, vel de eius mandato factam super
exequendis aliquibus cum adiectione proprij nominis,
vel dignitatis cuiusuis iudex detur, literæ de super expe-
diantur cum expressione quod idem iudex executionem
faciat per se ipsum.

¶ De dispensationibus in gradibus consan-
guinitatis.

¶ Voluit, quod in literis dispensationum super aliquo
gra-

Regulæ

gradu Cōsanguinitatis, vel Affinitatis, aut alias prohibito ponatur Clausula, si mulier rapta nō fuerit, & si sciēter ponatur clausula addita in quinterno.

¶ Super defectu natalium.

¶ Voluit quod in dispensationibus super defectu nataliū quod possint succedere in bonis temporalibus ponatur Clausula quod nō præiudicetur illis ad quos successio bonorum ab intestato pertinere debeat.

¶ Super defectu ætatis.

¶ Item quod per quamcunq; signaturam in qua uis gratia nullatenus dispensatio veniat nisi dicta gratia totaliter effectum hmōi dispensationis concernat, vel alias nihil cōferat aut operetur, & si super defectu ætatis sit dispensatio hmōi de duobus duntaxat annis dari valeat, habita prius per testes idoneos, vel alias informatiōe quoad idoneitatem personæ cui dicta dispensatio conceditur.

¶ Nulli suffragatur dispensatio nisi literis confectis.

¶ Item cum cōcessiones super gratijs dispensationum quarumcunq; quibusuis per ipsum D.N. concessarū, vel concedendarū per Regulas Cancellariæ Apostolicæ sint prouide limitatæ licet aliquādo in petitionibus super huiusmodi cōcessionibus oblati multa sint petita, ne quis talium cōcessionum pretextu id dispensatiue tenere, aut facere præsumat ad quos cōcessiones hmōi se nō extendant

Cancellariæ.

xiiij

dant: voluit idem D.N. quod nulla talis dispensatio cuiquam in iudicio, vel extra suffragetur, Antequam super ea literæ apostolicæ sint confectæ.

¶ De non promouendis ad sacros ordines.

¶ Item voluit quod secum petentibus dispensari, aut ratione beneficiorum nō teneantur se facere promoueri in Ro. Cu. vel in studio per fiat septenniū, alias vero quinquenniū detur dummodo infra annum à tempore datæ dispensatiōis hmōi ad Subdiaconatus ordinē sint promoti.

¶ De fructibus in absentia.

¶ Item de fructibus in absentia percipiendis detur, vel in studio residendo per quamcunq; Signaturam septennium, & alibi quinquennium.

¶ De Indulgentijs.

¶ Item voluit, quod in literis Indulgentiarū solum dentur festa per Cancellariam dari solita, & quod durent per viginti annos, nisi petatur pro vna die, & tunc durent perpetuo.

¶ De Clausulis ponendis in literis Indulgentiarū.

¶ Item voluit quod in literis Indulgentiarum ponatur quod si Ecclesiæ siue Capellæ, vel alias aliqua indulgentia fuerit per ipsum concessa de qua inibi specialis mētio facta non sit, huiusmodi literæ sint nullæ.

¶ De Indulgentijs concessis ad instar.

¶ Item voluit idē D.N. quod literæ super Indulgentijs

non

Regulæ

non expediantur ad instar nisi specificentur.

¶ De pluribus beneficijs vacantibus petitis.

¶ Item voluit, & ordinavit, quod in gratijs beneficiabilibus de vacantibus, aut certo modo vacaturis factis quibusvis si plura petantur beneficia vnum cuiuscunq; annui valoris per simplicem signaturam, & addito, vt petitur, duo aut tria, & non vltra beneficia petita veniant, dūmodo etiam illorum fructus, &c. Centum libras Turoneſi paruorum secundum co. æsti. siue tantundem in alia moneta non valeant annuatim.

¶ De exprimendo valore in impetrationibus.

¶ Item voluit, quod in gratijs quas quibusvis personis de beneficijs vacantibus, seu certo modo vacaturis fieri contigerit illorum, & aliorū quorumcunq; beneficiorū quæ dictæ personæ tunc obtinuerit, seu de quibus eis forsitan prouisum fuerit, vel cōcessum, aut mandatum prouideri verus annuus, per marcas argenti, aut sterlinguorū vel libras Turoneſi paruorum seu florenos auri, aut ducatos, vel vncias auri, seu aliam monetam valor secundū co. æsti. exprimatur, nisi personę prædictæ beneficia, quę tunc obtinuerint, aut in quibus, vel ad quæ ius eis competit iuxta ipsarum oblationes, vel alias dimittere teneantur: alioquin gratiæ sint nullæ, & quæcunq; nouæ prouisiones, aut perinde valere, vel aliæ gratiæ, postmodum desuper impetrandæ sint inualidæ, nec cuiquam suffragen-

Cancellairæ.

xv

suffragentur nisi in illis specialis, & expressa mētio de his fiat literæq; desuper infra sex menses, ab earum dat. in totum expediantur, & iura omnia propterea debita integre persoluantur, & idem seruetur in gratijs quas à Sanctitate sua motu proprio emanare contigerit quoad beneficia, de quibus per Sanctitatem suam pro tēpore prouidetur seu prouideri mandatur aut alias disponitur, ac literis per quas p̄ tempore ad ecclesiarum patriarchaliū, & cathedralium, ac Monasteriorum regimina promotis conceditur quod monasteria, & alia beneficia ecclesiastica secularia, & regularia per eos obtenta, & in quibus, & ad quæ ius eis competit retinere possint.

¶ De clausulis in beneficijs vacan. ponendis.

¶ Voluit, & ordinavit, q̄ quando prouidet, seu mandat prouideri alicui de beneficio ecclesiastico vacante tūc dari poterunt clausulæ si petantur etiam si illud quouismodo &c. seu per constitutionem execrabilis vacet, ac specialiter reseruatam inter aliquos litigiosum sit, & eius collatio deuoluta fuerit, et si pro colligante, vel surrogationem, aut si neutri, vel si nulli, &c. petente si tunc lis specificè exprimatur, nec detur aliqua generalis reseruatō dispositiue, nisi desuper in concessione specialis, & expressa, ac pure, et non sub conditione mentio fiat, & tunc reliquę reseruaciones in ibi contentę veniat, si vero tempore expeditionis inde literarum generalis reseruatō hmoi probari

Regulæ

probari non possit, aut in nouis prouisionibus seu pro
Colligatibus si neutri, vel si nulli, &c. sit expressum quod
ab aliquibus asseritur illum cuius beneficiū cōcedit Col-
lectorem, Subcollectorem, Abbreuiatorem, vel Famili-
arem, &c. fuisse, clausula ponatur, etiam si dictum bene-
ficiū ex eo quod talis Collector Abbreuiator, vel Fami-
liaris, &c. fuit dispositioni apostolicæ generaliter reserua-
tum, existat dummodo non sit in eo alicui specialiter ius
quæsitum: In reliquis vero nulla clausula detur unde re-
seruatio generalis elici possit nisi desuper signatura per
duplex fiat signata sit, aut reseruatio, vel alias specialiter
habeatur.

¶ De expressionibus qualitatū beneficiorū
in impetrantibus.

¶ Itē voluit quod super beneficijs Ecclesiasticis de quali-
tatibus illorū v3. an dignitates psonatus, vel officia sint
eisq; cura immineat animarū, & ad illa cōsueuerit quis p
electionē assūmimētio fiat alias gratiæ desuper factę sint
nullę, & si qualitates hmōi affirmatiue, vel cōditionali-
ter nō exprimātur, negatiua expressio desup fiat in bene-
ficijs q̄ tales q̄litates, vel ex eis aliquas cōsueuerit habere.

¶ De Beneficijs vacantibus per cōtractū matrimonij.

¶ Item si reseruetur beneficium per cōtractū matrimo-
nij, non dentur alij modi vacationū de futuro, nec censea-
tur beneficiū reseruatū specialiter, vel affectum nisi sequa-

tur

Cancellariæ.

xvj

tur matrimonium, sed in beneficijs per promotionem,
vel assecutionem, aut ingressum religionis vacaturis, po-
natur clausula etiam si non petatur cum beneficia huius-
modi p̄missio, vel alio quouis modo, &c. p̄terquā per
obitum obtinentis vacare cōtigerit, etiam si vacent.

¶ De Clausulis ponendis in literis Religiosorum.

¶ Item voluit, quod si petatur aliquē in religiosum reci-
pi, & sibi de quouis beneficio ecclesiastico prouideri per
simplicē signaturam, fiat receptio huiusmodi, dumtaxat
detur adiectio, Si petens idoneus sit, aut aliud canonicū
non obstat, & exprimatur, si certus numerus regulariū
sit ibidē cui etiā nō derogetur, nisi expresse cōcedatur, &
si numerus iste nō existat, ponatur, dummodo receptio-
nis locus huiusmodi nimirū propterea non grauetur.

¶ De translatione Religiosorum.

¶ Item si regularis petat sibi de beneficio ab aliquo mo-
nasterio, vel alio regulari loco dependente prouideri, &
appareat ex petitione huiusmodi, quod alterius monas-
terij, vel loci religiosus sit licet inibi translatio non petat-
ur, nihilominus illa veniat.

¶ De Clausula si est ita.

¶ Item quod in literis super beneficijs per Constitutionē
execrabilis vacatibus, ponatur Clausula, si est ita, simili-
ter de quibuscunq; narratis informationem facti requi-
rentibus.

De

Regulæ

¶ De petente prouideri de vacaturo.

¶ Item petenti sibi prouideri de vacaturo, dentur literæ de vacaturo, & è conuerso prout expedierit Impetranti.

¶ De mandatis apostolicis, & executorialibus.

¶ Voluit, et ordinauit, quod mandata Apostolica super sententijs in Ro. Cu. latis executioni de mandandis sub bulla expediantur, alias sint nulla.

¶ Reuocatio decimarum.

¶ Item reuocauit quascunq; decimarum, subsidiorum vigesimæ, & aliorum onerum impositiones, quæ à præfato Pio prædecessore suo ex quauis causa, etiam in subsidium expeditionis contra Turchas, et alios orthodoxæ fidei hostes emanarunt, & quascunq; facultates super decimarum vigesimæ, & onerū huiusmodi exactione quibusuis fructuū, et prouentuum Camerae Apostolicæ debitorum collectoribus, & Apostolicæ Sedis Nuntijs ab eodem Prædecessore concessas: Suspendit quoq; ad suæ Sanctitatis, & Sedis Apostolicæ beneplacitum quascunq; plenarias indulgentias, ab eodem Prædecessore, ex quauis causa etiam expeditionis huiusmodi concessas, quæ per Nuncios, vel quæstores deferebantur, nec non deputandi, & eligendi confessores, qui plenarie absoluant, et alia faciant ad earundem indulgentiarum suspenfarum effectū, reliquasq; facultates ipsas indulgentias quomodolibet concernentes: præterquam quo ad ea, in quibus indulgentia,

Cancellariæ.

xvij

tiæ, & facultates in aliqua sui parte sint sortitæ effectum, ita, vt illis qui implentes iniuncta eis in literis indulgentiarum hmōi iam consequuti sunt facultatem eligēdi cōfessorem, qui absoluat eos plenarie in mortis articulo, p huiusmodi suspensionē non præiudicet, quin facultate ipsa uti possint in futurum: Decreuit quoq; irritum, & inane quicquid facultatum reuocatarū earundem prætextu in posterum contigerit attemptari.

¶ Reuocatio facultatum percipiendi præcium officiorum.

¶ Item reuocauit, cassauit, & annullauit, ac irritas declarauit quascunq; facultates percipiendi præcium officiorū Ro. Cu. pro tempore vacatium, in toto, vel in parte. Ac quasuis collationes, & concessiones, aliasq; dispositiones per se. re. Pium Papam iij. prædecessorē suum de dictis officijs, etiam ex die Collationū, concessionum, & dispositionum eorundem in antea vacaturis, in fauorem quarumcunq; personarum, ecclesiarum, monasteriorum, piorum locorum, Collegiorum, seu eorum mensarum, etiam perpetuo, etiam in vim contractus, & ex titulo oneroso, & sub alia quauis verborū forma, quam, & præmissorum tenores pro expressis haberi voluit, concessas, & factas quoad officia, quæ post obitum ipsius prædecessoris vacarunt, & in posterū quomodolibet vacabunt.

¶ Qd fructus in tertia parte augeri possint vigore clause.

¶ Item

¶ Item cum nonnulli in impetrationibus beneficiorum ecclesiasticorum pro tempore vacantium, & certo modo vacaturorum, afferendo, illorum fructus &c. certum per eos expressum annum valorem non excedere, nonnunquam obtineant à Sanctitate sua, ut huiusmodi valorem annum augere possint, ut verius possit, in confectioe literarum super huiusmodi impetrationibus, summa, ac valor ipse annuus exprimi aliter desuper non specificato, ac de veritate huiusmodi concessionis imposterum hæsitari contingat. Declaravit, prætextu concessionis huiusmodi valorem ipsum usque ad tertiam partem valoris expressi, & in prima, que desuper fiet literarum expeditione duntaxat augeri posse, & eas, quas literis iam expeditis cum expressione valoris specificati, aut non integro augmento prædicto denuo desuper expediri contigerit literas, cum aliquo augmento valoris huiusmodi nullius esse roboris, vel momenti, etiam si motu proprio beneficiales gratiæ, & dispositiones quæcunque à Sanctitate sua emanarent.

¶ De infordescētibus.

¶ Item ne personis: pro quibus literæ suæ Sanctitatis emanabunt ob generalem absolutionem à censuris ecclesiasticis, quibus ligatæ forent, ad eorundem effectum indifferenter concedi, & in literis apostolicis apponi solitam præstetur occasio censuras ipsas vilipendendi, & infordescendi in

di in illis, statuit, & ordinavit huiusmodi absolutionem, & clausulam in literis, quas in futurum cum illa concedi continget, non suffragari non parentibus rei iudicatæ Incendiarijs, violatoribus Ecclesiarum, Falsificationibus, & falsificari procurantibus literas & supplicationes apostolicas & illis utentibus, receptatoribus et fautoribus eorum, ac res veritas ad infideles deferentibus, violatoribus ecclesiasticæ libertatis, via, facti ausu temerario apostolicis mandatis non obtemperantibus, et nuncios, vel executores apostolicæ sedis, et eius officialium eis commissa exequentes impediētib; qui propter præmissa, vel aliquo eorum excommunicari à iure, vel ab homine, per quattuor menses scienter excōis sententiam huiusmodi sustinuerint. Et generaliter quibuscunq; alijs, qui censuris aliquibus etiam alias, quam ut præfertur, quomodolibet ligati in illis per annum continuum inforduerint.

¶ Officiales nihil exigant ultra debitum.

¶ Item idem D.N. exactioibus, quas Sanctitas sua non sine displicentia plerumq; fieri intellexit per officiales Romanæ. Cu. qui constitutis sibi emolumentis pro exercitio officiorum, que obtinent, non contenti, ultra a prosequentibus negociorum quorundam expeditionem in eadē exigere non verentur: obuiare volens, districte præcipiendo inhiuit omnibus, et singulis queuis officia in eadē curia obtinentibus, ne de cetero quicquid prætextu officiorum, que obtinent

quouis colore, etiam celerioris expeditionis ultra emolumenta huiusmodi exigere, seu ad hunc effectum expeditione eorum, quæ is incumbunt, malitiose differe, sub excommunicationis, & præter illam suspensionis à perceptione emolumentorum huiusmodi pro prima ad semestre, & pro secunda ad annum, & pro tertia vicibus, quibus sic excederent, priuationis officiorum per eos obtentorum, in quibus sic excefferint poenis. Ac voluit, quod S. R. E. Vicecancellarius, Camerarius, & maior poenitentarius excedentes ipsos respectiue, prout eis subsunt, per subtractionem emolumentorum eorundem, ac alias, ut præmittitur, compellant ab huiusmodi illicitis exactionibus abstinere, & contra eos per prædictas poenas, & alias, pro ut melius expedire viderint, procedant.

¶ Quod Cardinales non comprehendantur sub regulis fiendis:

¶ Item Cum S. R. E. Card. ipsi Sanctiss. D. N. assistant, ac propterea debeant specialibus prerogatiuis, & privilegijs gaudere: Idem D. N. statuit, ordinauit decreuit, & declarauit, quod in quibuscunq; constitutionibus, & regulis per sanctitatem suam imposterum post hanc primam editionem, & suarum constitutionum, & regularum publicationem faciendis, non includantur ipsi Cardinales, nisi illæ eorundem Cardinalium fauorem concernant, vel ipsæ Constitutiones edende de eorundem Cardinalium

nalium vel maioris partis eorum consilio editæ fuerint.

¶ De potestate Reuerendiss. D. Vicecancellarij: & Cancellariam Regentis.

¶ Primo quod possit committere absolutionem illorum, qui ignoranter in supplicationibus, vel in literis apostolicis aliquid scriberent, corrigerent, vel delerent.

¶ Item quod possit corrigere nomina, & cognomina personarum, & beneficiorum, dum tamen de corpore constet.

¶ Item quod possit omnes causas beneficiales, etiam non deuolutas committere in Curia, cum potestate citandi ad partes.

¶ Item quod processus auctoritate Apostolica decretos aggravare possit cum inuocatione brachij secularis, & sententias executioni demandari facere contra intrusos, & intrudendos per literas Apostolicas desuper conficiendum, & non alias.

¶ Item quod possit concedere quibusuis petentibus conseruatorias per triennium in forma.

¶ Item quod possit quibuslibet nobilibus personis petentibus dare indultum de celebrando, & de celebrari faciendo in locis interdictis, & per triennium reconciliari faciendo ecclesias in Cimiteria polluta in forma.

¶ Item quod possit admittere, & recipere resignationes beneficiorum ecclesiasticorum quorumlibet, etiam generaliter, vel specialiter reseruatorum simpliciter, vel ex causa permutationis, & desuper supplicationes per con-

Regulæ

cessum signatę, pro literis Apostolicis inde conficiendis
vt moris est.

¶ Item quod possit signare supplicationes duorum Refe-
rendariorum manibus signatis de nouis prouisionibus,
sineutri & surrogationibus pro Colligantibus, in quibus
nō detur clausula generalem reservationem importans.

¶ Item quod possit signare supplicationes etiam mani-
bus duorum Referendariorum signatas de beneficijs ec-
clesiasticis vacantibus sæcularibus, ac regularibus dispo-
sitioni Apostolicę generaliter non reseruatis, quorum
cuiuslibet valor centum florenorum auri de Camera vel
totidem librarum Turonę. paruorum, seu totidem in
alia moneta secundū communem æstimationem valo-
rem annum non excedat.

¶ Item quod possit signare supplicationes, manu vnius
Referendarij signatas super defectu natalium ad omnes
sacros ordines.

¶ Item quod in beneficijs generaliter, vel specialiter non
reseruatis impetrationum quorumlibet reformationes
de non obsta. & dispensationum obmissarum, ac bene-
ficiorum valoribus, & qualitatibus, nataliūque defecti-
bus signare possit.

¶ Item quod possit ad ordines suscipiendos arētatis pro
rogare terminos de dictis suscipiendis ordinibus, vsque
ad proxima tunc à iure statuta tempora, in quibus sic ar-

ētati

Cancellariæ.

xx

ētati successiue ad ipsos ordines promoucantur.

¶ Placet, publicentur, & describantur M.

¶ Lectæ & publicatę fuerunt suprascriptę Regulę, or-
dinationes, & Constitutiones Romę in Cancellaria apo-
stolica Anno Incarnationis dominicę, 1565.

die vero sabbati 19. Mensis Ianuarij,

Pontificatus prælibati Sanctissi-

mi D.N. Papę Anno

primo.

A. Lomellinus Custos.

C iij

Motus
RESERVATIO MENSIVM
Apostolicorum.

ET ALTERNATIVA PRO
Episcopis residentibus.



Antissimus in Christo pater, & Dominus noster, dominus Pius diuina prouidentia Papa Quintus, qui antea quascunq̄e gratias præuentiuas ad vacatura beneficia à Prædecessoribus suis emanatas, certis tunc expressis modo, & forma, reuocauerat: Cupiens pauperibus Clericis, & alijs benemeritis personis de beneficijs ecclesiasticis prouidere: Omnia, & singula beneficia ecclesiastica, cum cura, & sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum regularia, qualitercunq̄e qualificata, & vbilibet existentia, in antea vsq̄e ad quinquennium a die præsentis constitutionis computandum, in singulis, Ianuarij, Februarij, Aprilis, Maij, Iunij, Augusti, Octobris, & Nouembris, mensibus, alias quam per resignationem extra Romanam Curiam quomodolibet vacatura, ad Collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliam dispositionem quoruncunq̄e Collatorum, & Collatricũ, sæculariũ, & regulariũ, non tamen

Proprij.

xxj

men S. R. E. Cardinalium, aut aliorũ sub concordatis inter sedem Apostolicam, & quoscunq̄e alios initis, & per eos, qui illa acceptare, & obseruare debuerunt, acceptatis, & obseruatis, quæ ledere non intendit, comprehensorum quomodolibet pertinentia, dispositioni suæ generaliter reseruauit. Et voluit, quod in supplicationibus, seu concessionibus gratiarum, quæ de dictis beneficijs tunc vacantibus, etiam Motu proprio fient, de mense in quo vacauerint dispositiue mentio fiat: Alioquin gratiæ prædictæ sint nullæ, & quod priuilegia, & indulta apostolica de disponendo de huiusmodi beneficijs, etiam cum clausulis derogatarum derogatorijs, ac fortioribus, efficacioribus, et insolitis, irritantibusque, & alijs decretis quibusuis personis, & Collegijs, cuiuscunq̄e dignitatis, status, gradus, ordinis, et conditionis existentibus, quomodolibet concessa, aduersus reseruacionem huiusmodi nullatenus suffragentur. Sicq̄; in præmissis per quoscunq̄e & c. iudicari debere: ac irritum et cetera. decreuit. Et insuper Sanctitas sua volens Episcopis, Archiepiscopis, et Patriarchis apud eorum Ecclesiam, seu in illorum diœcesi pro tempore residentibus gratificari, eis, quod quotiescunq̄e et quandiu; apud eorum ecclesias seu in eorum diœcesi resederint duntaxat, de quibusuis dignitatibus, personatibus, administrationibus, officijs, Canonatibus, et præbendis, ac alijs beneficijs ecclesiasticis cum

cum cura, & sine cura sæcularibus, & quorumvis ordinũ regularibus, ad eorum collationem, prouisionem, præsentationem, electionem, seu quamuis aliã dispositionẽ (non tamen simplicem institutionem) pertinentibus, quæ in antea in singulis Februarij, Aprilis, Iunij, Augusti, Octobris, & Decembris mensibus vacare contigerit, dummodo alias dispositioni apostolicæ generaliter reseruata, vel ex generali reseruatione apostolica affecta non fuerint, libere disponendi facultatem concessit. Ac etiam voluit, quod dicti Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarche de Collatione, & prouisione, seu alia dispositione beneficiorum, in reliquis mensibus v3. Ianuarij, Martij, Maij, Iulij, Septembris, & Nouembris, pro tempore vacantium, quæ ex tunc, pro vt ex ea die, & è contra, dispositioni suæ (vt præfertur) reseruauit, se non intromittant: Et si quomodolibet se intromiserint, collationes, & prouisiones, ac aliæ dispositiones beneficiorum per eos in vim præsentis concessionis pro tempore faciendæ, nullæ, & inanes, nulliusque roboris, vel momenti, ipsique beneficio alternatiuæ huiusmodi eo ipso priuati existat: ac Episcopi, Archiepiscopi, & Patriarchæ præfati infra tres menses à die publicationis præsentis constitutionis computatã, se alternatiuam huiusmodi acceptare, vel recusare coram notario publico, & testibus declarare teneantur, alioquin lapsò trimestri, alternatiuus huiusmodi illis nul-

latenus

latenus suffragetur. Decernens irritum, & cetera.

¶ Placet, publicetur, & describatur. M.

¶ Lecta, & publicata fuit suprascripta Regula Romæ in Cancellaria Apostolica. Anno Incarnationis dominicæ. 1565. Die vero Iouis 23. mensis Ianuarij Pontificatus Sanctissimi D.N. Papæ Anno primo.

A. Lomellinus Custos.

¶ REVOCATIO FACULTATVM
concessarum legatis & nuntijs apostolicis.

SANCTISSIMUS in Christo pater, & Dominus noster Dominus Pius diuina prouidentia Papa V. nuper, in Consistorio suo secreto quoscunque suos, & Sedis Apostolicæ Legatos in Italia per prædecessores suos constitutos de Fratrum suorum S. R. E. Cardinaliũ consilio reuocauerat, cuiq; innotuit diuersos suos, & eiusdẽ Sedis Legatos etiam de latere, ac Nuntios per eosdem prædecessores creatos, & deputatos pretextu facultatum eis concessarum forsan ob prouinciarum, & locorum in quibus Legati, & Nuntij munere funguntur à R. o. Cu. distantia, & exinde ignotã eis Sãctitatis suẽ mentẽ, ea aliquãdo conce-

Motus

concedunt à quibus eadē Sanctitas sua abstinet, et abstinere decreuit: Volens præmissis occurere, ac intendens ipsorum Legatorum, et Nuntiorum facultates reformare, omnia et singula facultates, et indulta quibusuis suis, et dictæ Sedis Legatis etiam de latere Nuntijs in quibusuis Regnis, Prouincijs, Ducatibus, dominijs, Ciuitatibus, et locis tam citra quàm ultra mōtes per quoscunq; Romanā, Pontifices prædecessores suos, ac Sedem Apostolicam etiam Consistorialiter creatis, et deputatis sub quibuscunq; tenoribus, et formis, ac cum quibusuis declarationibus attestationibus, et à reuocationibus, præferuatiuis, ac derogatorijs derogatorijs alijsque efficacioribus, et insolitis clausulis irritantibusque, et alijs decretis etiam Motu proprio et ex certa sciencia, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, et ex quibusuis etiã vrgentissimis causis, ac quauis cōsideratione etiam consistorialiter concessa. Quorum omniū tenores et formas, ac decreta in illis apposita Sanctitas sua haberi voluit pro expressis quoad ea in quibus nondum sunt effectum fortita reuocauit, cassauit, et annullauit. Ac quicquid prætextu facultatum, et indultorum reuocatorum huiusmodi post publicationē præsentis constitutionis cōtigerit attempari irritū et inane decreuit, statuto, ordinatiōe et declaratione suis in crastinū assumptiōis suę editis, quibus voluit ipsos Cardinales in cōstitutionib⁹ per eandē Sant. suā

impo-

Proprij.

xxij

imposterum edendis, & publicandis non comprehendi nisi illæ eorum fauorem concernerent, vel ipsæ constitutiones de eorundem Cardinalium, vel maioris partis eorum cōsilio editæ forent nequaquam obstantibus.

¶ Placet publicetur, & describatur. M.

¶ Lecta, & publicata fuit supra scripta regula Romæ in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Domini cæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo quinto, die vero Martis decima nona mensis Februarij Pontificatus præfati Sanctis. D. N. Papæ Anno primo.

A Lomellinus Custos.

¶ B V L L A S A N C T I S D. N. D. P I I D I
uinaprouidentia Papæ Quinti super re-
seruatione beneficiorum.

¶ Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

C Vm ex apostolatus officio nobis (meritis licet impa-
cribus) credito cura dominici gregis nobis immineat
generalis, & exinde teneamur, more vigilis Pastoris, vi-
gilare

lare, & attentus providere, vt Ecclesijs, Monasterijs, & quibusuis alijs beneficijs Ecclesiasticis nunc & pro tempore (propter crimē hæresis) vacantibus, & vacaturis, tales viris præficiantur idonei, qui detestandas ac nefarias hæreses diabolo diffeminante contra verē, & orthodoxę fidei puritatē exortas, de agro Domini extirpare, & populos sibi cōmissos ad catholicę Ecclesię veritatem reducere, doctrina, verbi & boni operis exemplo, valeant Præmissorum itaque consideratione inducti, & alijs ad id suadentibus rationalibus causis, nonnullis etiam prædecessorum nostrorum vestigijs inhærendo, Motu proprio, non ad alicuius nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed de mera nostra voluntate, & deliberatione omnia & singula beneficia ecclesiastica cū cura, et sine cura, sæcularia, & quorumuis ordinum etiam Sãcti Iohannis Hierosolymã & aliarum quarumuis militiarum regularia quęcunque qualiacunque sint, etiam si sæcularia canonicatus & præbendę, dignitates, personatus, administrationes, vel officia in cathedralibus etiam metropolitans, vel collegiatis, & dignitates ipsę in cathedralibus etiam Metropolitanis post Pontificales maiores, seu collegiatis Ecclesijs huiusmodi principales, Regularia vero beneficia huiusmodi monasteria etiam consistorialia, prioratus præpositurę, præpositatus, dignitates etiam conventuales, personatus, administrationes vel officia etiam

clau-

claustralia ac hõspitalia & pceptoria & alias quomodo cunq; qualificata fuerint ordinationi & dispensationi nostrę et sedis apostolicę hac perpetua cõstitutione valitura auctoritate apostolica tenore præsentium referuamus. Declarantes omnes & quascunq; impetrationes de beneficijs, vt præfertur, quomodo cunq; qualificatis certo modo in futurum faciendas & obtinendas, Beneficia huiusmodi propter hæresim, vacantia et in futurum vacatura nõ comprehendere, nisi specialiter & dispositiue vacationis modus propter crimen hæresis expressus fuerit & illud nullo modo sub quibusuis clausulis et decretis comprehendere quantumcunque generalibus in quibusuis gratijs et concessionibus per nos et Romanos Pontifices successores nostros faciendis etiam per fiat signatis & concessis, Ac decernentes omnes et quascunque impetrationes de quibusuis beneficijs vt præfertur qualificatis hactenus factas et obtentas, nisi earum vigore in iudicio per impetrantes crimen huiusmodi deductum fuerit, et super eo sententiam fauorabilem obtinuerint, vel dictorum beneficiorum possessionē assequuti fuerint, ad vacationem huiusmodi propter crimen hæresis, se nõ extendere, et illud neminē cõprehendere, sicque per quoscunque iudices et commissarios quauis auctoritate fugentes etiã S. Romanę Ecclesię Cardinales iudicari et interpretari debere. Irritum quoq; et inane si secus per quoscunq; qua-

uis

uis dignitate et auctoritate predictos, iudicatum fuerit, decernimus. Volumus autem quod presentes literae in cancellaria nostra apostolica & acie campi Florae de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret presentes ad singula quaeque loca deferri. Volumus & etiam declaramus quod earum transumptis etiam impressis manu alicuius Notarii subscriptis ac sigillo alicuius Praelati munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, quam presentibus adhiberetur si forent exhibitae vel ostensae. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam reservationis declarationis, decreti & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursurum. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, sexto klen. Februarij. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

Visa Curia Io. Rouetius R.rio

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Locus * Sigilli plumbei.

Anno

¶ Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, Indictione Decima, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris Pij Papæ Quinti Anno Secundo, die vero decima septima mensis Februarij, Retroscripte literae affixe & publicate fuerunt ad valuas Cancellarie Apostolice & in acie Campi Florae per nos Antonium Clerici & Io. Andreani Rogeriū predicti Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores Scipio de Octavianis Magister Cursorum.

¶ **B V L L A S. D. N. D. PII DIVINA PRO**
 uidentia Papæ V. Reuocatoria omnium indulgentiarum etiam perpetuarum, pro quibus consequendis manus adiutrices sunt porrigendae, & quae quaestuari facultate quomodolibet continent.

¶ **P I V S** Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam.

Etsi Dominici gregis salutem semper inteti, singulis cum humilitate poscentibus ea benigne concedere nos, & praedecessores nostri studuerint, per quae peccatorum mole deposita salus ipsis succedat, & hostis humani generis seruitute ereptas animas lucrifaciant Altissimo, qui eas nobis sua bonitate commisit: id tamen propensiori studio nos precauendum esse censemus, ne cuiusvis Indulgentiae, re-

D missio-

Motus

missionis, vel facultatis obtentu Christi fideles procliuiores ad illicita in posterum committenda reddantur, aut facilitas veniæ eis peccandi tribuat incentiuum, & exinde clauium auctoritas deducatur in contemptum, & Christi fideles quam plurimum scandalizentur. Sane cum ad auditum nostrum ex diuersis mundi partibus quam plurimæ querelæ perlatae fuerint, quod vigore diuersarum Indulgentiarum, & facultatum per prædecessores nostros, ac etiam nos, vel auctoritate nostra tamen fabricæ nostræ Basilicæ Principis apostolorum, & Ecclesiæ S. Ioannis Lateranensis. de Vrbe, ipsiusque ecclesiæ, necnon S. Ioannis, & S. Lazari Hierosolymitanæ. ac Sancti Spiritus in Saxia, & sancti Ioannis Lateranensis. ac S. Iacobi Incurabili, de eadem Vrbe, necnon sancti Elmi, & sancti Bouis, ac S. Gothardi, & sancti Lenguzoni, necnon sancti Nicolai, & sancti Bernardi Montis Iouis, necnon sancti Leonardi, ac sanctæ Marthæ, necnon Sanctissimi Crucifixi Siracusanæ. ac sanctæ Mariæ de Monte ferrato, Hospitalibus, ac etiam sancti Sebastiani prope, & extra muros dictæ urbis, necnon sancti Antonij de sancto Antonio Viensis. dioc. & Redemptionis captiuorum nuper Neapoli instituto Monasterijs illorumque, ac diuersis alijs Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, Militijs, Confraternitatibus, Societatibus, & pijs locis concessarum multi Quæstores ex eisdem Indulgentijs lucrum temporale tantum quærentes nominibus fabricæ Ecclesiarum, Hospitalium, Monasteriorum, Militiarum,

Proprij.

xxvj

tiarum, Confraternitatum, Societatum, & piorum locorum prædictorum in diuersis Ciuitatibus, & dioc. quæstas facere, Confratres describere, Capellas, & oratoria erigere, illisque erectis Indulgentias homini communicare, & in diuersis gradibus à iure prohibitis dispensare, ac plura etiam concedere, quam eis vigore facultatum prædictarum licitum sit ipsique lucro intenti, pecuniasque potius quam Christi fidelium salutem quærentes, ac eisdem Indulgentijs sic abutentes, quantum ex illis particularè facere conatur, variosque & diuersos Quæstores, Commissarios, Procuratores, Receptores, Thesaurarios, factores, Nuncios, & alios Ministros constituere, qui non solum supradicta, sed etiam plura alias eis nunquam concessa facere, & concedere. Necnon locorum ordinarios illorumque in spiritualibus Vicarios generales, & Officiales, ac Ministros, Ecclesiarumque & ordinum Prælatos, Superiores, & personas quæstas homini impediètes censuris ecclesiasticis innodare, & alias in pluribus grauiter excedentes in diuinæ maiestatis offensam, ac suarum, & Christi fidelium animarum perniciem, ac ordinariorum perturbationem, & piarum mentium scandalum præsumunt. Nos qui Deo propitio gregis Domini ci meritis licet insufficietibus curam gerimus, et illum spiritualis Thesauri elargitione cupimus ipsi Deo reddere acceptabile, ex premissis, et alijs rationabilibus causis animum nostrum mouentibus, felix recordationis Calixti 4. Clementis 7. Pauli 3. Iulij similiter 3. et diuersorum aliorum Romanorum Pontificum

D ij

cum

Motus

cum prædecessorum nostrorū vestigijs inhærentes, Motu proprio non ad alicuius nobis super hoc oblatę petitionis instantiam, sed de mera nostra voluntate, & deliberatione omnes, & singulas indulgentias etiam perpetuas, & peccatorum remissiones fabricę, & ecclesię huiusmodi necnon S. Iohannis Hierosolymitañ. etiã pro constructione, & ædificatione illius nouę Ciuitatis prædictis, & quibusuis alijs Hospitalibus, Monasterijs, Ecclesijs, Domibus Militijs ordinibus etiam Mendicantiũ Congregationibus Confraternitatibus, & Vniuersitatibus, & pijs locis illorumq; ordinibus Capitulis, Conuentibus, Magistris, Superioribus, & tam sæcularibus, quã quorumuis etiã Mendicantiũ ordinum Regularibus personis tã singulariter quã vniuersaliter per quoscunq; Romañ. Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis & decretis etiã Motu proprio, & ex certa scientia, ac ex quibusuis etiam vrgentissimis causis etiã causa redemptionis captiuorū, & alias quomodolibet cõcessis pro quibus consequendis manus sunt porrigendę adiutrices, & quę quęstuari facultatē quomodolibet cõtinent illarum omnium tenores formas derogationes, et decreta presentibus pro expressis habentes auctoritate apostolica tenore presentium perpetuo reuocamus, cassamus, irritamus, & annullamus, ac viribus vacuamus. Et insuper perpetuo hac nostra

Proprij.

xxvij

stra valitura cõstitutione decernimus, q̄ ex nunc de cætero sub indignationis nostrę pœna prætextu Indulgentiarū, & facultatū per quoscunq; Romañ. Põtifices prædecessores nostros, ac nos & sedē apostolicã etiã Motu simili, ac sedis apostolicę Legatos, & alias quomodolibet cõcessarū, & quas à nobis, & sede prædicta imposterū verboliteris aut quauis alia scriptura etiã manu nostra signata et cū clausula quod sola signatura sufficiat, et in fauorē fidei, aut Cruciatę sanctę, vel cuiuscunq; alterius pię causę et priuilegiatę cõcedi quomodolibet cõtigerit, nullus quauis etiã Episcopali, Archiepiscopali, & Pathriarchali aut maiori dignitate etiã Cardinalatus honore seu etiã Regali vel temporalis excellentia præfulgeat, audeat, vel presumat quęstas facere, aut Nuncios, Quęstos, Cõmissarios, Thesaurarios, Receptores pro illis recipiendis in dictis Hospitalibus, Ecclesijs, Domibus, Monasterijs, Militijs, & alijs supra nominatis vel pro eis aut illorū nominibus alibi cõstituere, & deputare, nisi ex speciali licetia, & ex certa sciētia nostris et Rom. Põtificis p̄ tēpore existentis, de qua per literas nostras, & eiusdē Romani Põtificis pro tēpore existentis locorū ordinarijs, vel eorū in spiritualibus Vicarijs, seu officialibus derogationē præsentis nostrę cõstitutionis illius tenore de verbo ad verbum inserto expresse cõtinentes. Nos enim ex nunc irritum decernimus, & inane quicquid secus super his à quoquam

D iij quauis

quavis auctoritate scienter, vel ignoranter cōtigerit attē-
tari, cōstare debeat. Mandantes in virtute sanctæ obediē-
tiæ omnibus, & singulis venerabilibus Fratribus nostris
Patriarchis Primatibus, Archiepiscopis, & Episcopis,
quatenus in Ciuitatibus, & Diœc. suis præsentibus nostras
litteras publicare, & obseruare debeant, Rogantesq; om-
nes, & singulos Principes sæculares & alios Dominos, et
Magistratus tēporales eisq; per viscera misericordiæ dñi
nostri Iesu Christi in remissionem peccatorum suorum
iniungentes quatenus in præmissis eisdē Patriarchis, Pri-
matibus Archiepiscopis, & Episcopis assistant, & suum
auxiliū, & fauorem præstent cum auxilio brachij sæcula-
ris. Nō obstantibus præmissis, ac quibusuis apostolicis,
necnō in Prouincialibus & Synodalibus Concilijs editis
generalibus, vel specialibus cōstitutionibus, & ordinatio-
nibus, necnō fabricæ ecclesiæ Hospitaliū, Monasterio-
rum, Militiarum, Confraternitatum, Ordinū, Capitulo-
rū, Cōuentuum aliorumq; locorum prædictorū, & quo-
rumuis illorum membrorum, & ecclesiarum etiā Cathe-
dralium & Metropolitanañ. etiam iuramento confirmatio-
ne apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis,
& cōsuetudinibus stabilimentis vsibus, & naturis priuile-
gijs quoq; indultis & literis apostolicis illis, & præsertim
sancti Ioanis, et sancti Lazari, ac sancti Spiritus in Saxia,
Hospitalibus, necnō sancti Antonij de sancto Antonio,
& san-

& sanctorū Nicolai, & Bernardi Montis Iouij Monaste-
rijs ipsorumq; Monasteriorū Hospitalibus singulorūq;
eorum Cōuentibus, Superioribus, & personis præfatis
per quoscunq; Roman. Pontifices prædecessores, ac nos
& sedē apostolicā sub quibuscunq; tenoribus, & formis,
ac cum quibusuis etiā derogatorijs derogatorijs alijsq;
efficacioribus & insolitis clausulis necnō irritantibus, &
alijs decretis etiam motu simili, & ex certa sciencia, ac
quavis etiā Imperiali, vel Regali consideratione, vel in-
stantia, & alias quomodolibet cōcessis approbatis, et in-
nouatis: quibus omnibus etiā si pro illorū sufficiēti dero-
gatione de illis eorumq; totis tenoribus specialis specifica
indiuia, & expressa non autē per clausulas generales
idem importantes mentio seu quæuis alia expressio ha-
benda aut alia exquisita forma ad hoc seruanda foret te-
nores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus
omisso, & forma in illis tradita obseruata inserti forent
præsentibus pro sufficiēter expressis habentes, motu
sciencia, & potestatis plenitudine similibus specialiter &
expressē derogamus, & sufficiēter derogatum esse volu-
mus contrarijs quibuscunq;. Aut si aliquibus communi-
ter, vel diuisim ab apostolica sit sede indultū quod inter-
dici suspendi, vel excōmunicari non possint per litteras a-
postolicas non facientes plenam, & expressam, ac de ver-
bo ad verbū de indulto huiusmodi mentionē. Volumus

Motus

autem quod presentes literę in Cancellaria nostra apostolica, & acie campi Florę de more publicentur, & inter Cõstitutiones perpetuo valituras describatur. Et quia difficile foret, easdę presentes ad singula quęq; loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum trãsumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quę adhiberetur si originaliter forent exhibite vel ostensę: Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę reuocationis, cassationis, irritationis, annulationis, vacationis, decreti, mandati, iniunctionis, derogationis, voluntatis, & declarationis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis *Dei*, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Dominicę Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto. Sexto idibus Februarij. Pontificatus *No-*
stri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno

Proprij.

xxix

¶ Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo, indictione decima, die verò decima septima mensis Februarij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris et D. N. D. Pij Papę Quinti Anno secundo, retroscriptę literę Apostolicę affixę, et publicatę fuerunt ad valuas Cancellarię apostolicę, et in acie cãpi Florę per nos Antoniũ Clerici, et Io. Andream Rogerium pręfati S. D. N. Papę Cursores.

Scipio de Octauianis Magister Curforum.

¶ **BVLLA S. D. N. PII DIVINA PRO-**
uidencia Papę V. super Collatione Parochialium
Ecclesiarum.

¶ Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

In conferendis beneficijs ecclesiasticis, & pręsertim Parochialibus ecclesijs personis dignis & habilibus, quę in loco residere, & per seiplos curam exercere valeat, quã tam diligentiam adhiberi oporteat, Alexandri. iij. in Lateranens. et Gregorij. x. in Lugdunens. generalibus Concilijs, ac Innocentij similiter. iij. et aliorũ Rom. Pont. prędecessorum nostrorũ editę cõstitutiones testantur: quod vt diligentius ac rectius perficiatur, statuit etiam Synodus Tridentina, vt occurrẽte vacatione Parochialis ecclesię etiam generaliter, vel specialiter, etiã vigore indulti in fauorem.

Motus

uorē. S. R. E. Cardinaliū, aut alias quomodolibet reseruatā vel affectę, debeat Episcopus habita notitia vacatiōis Ecclesię si opus fuerit, idoneū in ea vicarium cū cōgrua eius arbitrio fructuū portionis assignatiōe cōstituere, qui onera ipsius Ecclesię sustineat, donec ei de Rectore p̄uideatur. Et deinde Episcopus, & qui Ius patronatus habet, intra decē dies, aut aliud tempus ab Episcopo pręscribendū aliquos clericos ad regendū ecclesiā idoneos Examinatoribus, iuxta formā eiusdē Synodi deputatis, nominet, & nō nisi ab eisdē Examinatoribus per cōcursum aliorū examinatorū etiā tanquā magis idoneo ab Episcopo iudicato et electo de ecclesia p̄uideatur: alias p̄uisiones seu institutiones oēs pręter formā prędictā factę, surreptitię censeātur. Sed quoniā res humanę semper in deterius p̄labuntur, nisi sit qui eas retineat, ac debitę executioni demandet, & verendū sit ne propter Cōstitutionum hmōi transgressiōē maximi abusus oriātur. Nos ad quorū notitiā nō sine graui nostra molestia puenit nōnullos ex venerabilibus fratribus nostris Archiepiscopis & Episcopis occurrente vacatione Parochialiū ecclesiarū eas nullō aut minus rite seruato examine, pręsertim illo quod per cōcursum fieri debet ex Cōcilio Tridentino, vel etiā examine rite seruato personis minus dignis, carnalitatis aut aliū humane passiōis affectū nō rationis iudiciū sequētes cōtulisse, et de eis p̄uidisse, volētes quantū cū Deo possumus

huius-

Proprij.

xxx

hmōi ac ēt futuris periculis occurrere, eorundē p̄decessorū nostrorū Cōstitutiones pręfatas etiā innouādo, auctoritate apostolica tenore pręsentiuū oēs et singulas collationes p̄uisiones institutiones et quasuis dispositiōes Parochialiū ecclesiarū ab eisdē Episcopis et Archiepiscopis ac quibusuis alijs collatorib⁹ tā ordinarijs quā delegatis etiā S. R. E. Cardinalib⁹ ac sedis apostolicę Legatis vel Nuncijs p̄ter et cōtra formā ab eodē Cōcilio Tridētino pręsertim in examine per cōcursum faciēdo p̄scriptā factas aut in futurū faciēdas, nullas irritas ac nullius roboris vel momenti fore et esse, nullūq; p̄uisionis ius aut titulū etiā coloratū possidēdi p̄bere, et Parochiales ecclesias hmōi vt prius ante collationes hmōi vacabāt, ex nunc vacare statuim⁹ decernimus, et declaram⁹, easq; oēs p̄ tempore sic vacantes nostrę et sedis apostolicę seu eorū quibus ius cōferēdi eas, pręterq; Episcopis et Archiepiscopis, q̄ curā dicti examinis iuxta decretū eiusdē Cōcilij habere debēt, cōpetet, dispositiōi reseruamus. Insuper ne Parochiales Ecclesię diu in suspenso maneant in maximū animarum periculum quarumcunq; Parochialium ecclesiarum, quarum dum pro tempore vacant, ad Episcopos Archiepiscopos Primates et Patriarchas et quosuis alios ordinarios collatores in mēsis ordinarijs collatoribus etiā per nostras Regulas assignatis p̄uisio et collatio spectat et pertinet, de quibus ijdem Episcopi et Ordinarij prędicti intra

Sex

Motus

Sex mensium spatium a die vacationis earūde perfectō examine iuxta formam Concilij Tridentini præfati non prouiderint, ac illarum etiā quarum collationes nobis & dictæ sedi generaliter vel specialiter & ex quauis causa re seruata seu affectę existunt, aut alijs ex indulto sedis apostolicæ competunt, ad quas occurrente illarum vacatione Episcopi & Archiepiscopi præfati personas per examen cōcursu mutuo habito iuxta dicti Cōcilij Tridētini formam approbatas & magis idoneas nō elegerint, aut electas nobis vel successoribus nostris aut ijs ad quos collatio spectabit pro collatione obtinenda intra Quatuor mensium spatium à die illius vacationis non significauerint, nec non Parochialium ecclesiarum similibus quæ Iuris patronatus ecclesiastici, vel aliorum seu clericorum & laicorum simul fuerint, si præsentatus intra tempus eisdem patronis à iure præfixum præuio examine iuxta formam dicti Concilij approbatus petatur institui, institutioq; ipsa per duos menses à die præsentationis dilata fuerit, collationē, prouisionē, institutionē, ac omnimodam dispositionē nobis & ipsi sedi, ac personis indulta huiusmodi, cōferendi, prouidendi seu instituendi obtinentibus respectiue reseruamus, data tamē in Parochialibus Iuris patronatus optione ipsis patronis, vt si institutio ad ordinarios spectabit, ipsis ordinarijs illam facere negligentibus, & ultra dictos Duos menses differētibus, possint pro
huius-

Proprij.

xxxj

huiusmodi institutione obtinenda habere recursum ad Metropolitanum vel viciniorē Ordinariū, aut ad sedem apostolicam, Prohibentes etiā eisdem ordinarijs ne tempus decem dierū eisdem ordinarijs et patronis ab eodem Consilio Tridentino ad nominandū idoneos clericos coram deputatis Examinatoribus præfixum ultra alios decem dies prorogare audeant vel præsumant, Districtus inhihentes ne quis præter Rom. Pont. aut alios indulta huiusmodi obtinētes, vt præfertur quacūq; sit super hoc auctoritate munitus, de hmoi beneficijs sic reseruatis (vt præfertur) disponere vel circa illa etiā per viā permutatio nis vel alias innouare quoquomodo præsumat. Vt autē non solū dignis, sed magis idoneis repertis iuxta eiusdem Concilij decretum Parochiales ecclesiæ cōferantur, volumus et eadem auctoritate decernimus, quod si Episcopus minus habilē post habitis magis idoneis elegerit, possint ij qui reiecti fuerint à mala electiōe huiusmodi ad Metropolitanum, vel si ipse eligens Metropolitanus aut exemptus fuerit, ad viciniorē ordinariū vti nostrū et sedis huiusmodi delegatū aut alias ad ipsam sedē apostolicā appellare, ac præelectum ad nouū examen coram ipso appellationis Iudice et eius examineribus prouocare, et cōstito de prioris eligētis irrationabili iudicio eoq; reuocato, Parochialis magis idoneo per eundē Iudicē appellationis auctoritate nostra (quatenus collatio ad Episcopum
pum

Motus

pum à quo appellatum fuit spectaret) cōferatur, alias eīdem magis idoneo iudicem appellationis approbato conferenda remittatur ad eū ad quem collatio, prouisio, vel institutio spectabit. Hęc tamen appellatio interposita interim nō impediatur aut suspendatur quominus electio per ordinarium primo loco facta interim debitæ demādetur executioni, & prouisus ab eadem ecclesia causa appellationis huiusmodi pendente nō amoueat. Et si quis à sententia per Iudicē appellationis lata duxerit appellandū, is tunc ad sedem ipsam apostolicam appellabit. Si secus in præmissis omnibus & singulis actum aut attentatum fuerit: irritū decernimus & inane. Volumus autē quod præsentium Transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica cōstitutæ munitis eadē prorsus fides in iudicio & extra adhibeatur, quę presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ, quodq; literę ipsę Camere & Cancellarię apostolicarum & Audientię causarū Palatij apostolici valuis & in acie Campi Florę dimissis inibi copijs publicatæ & affixæ omnes ita afficiant & arctent, ac si illis personaliter intimatæ fuissent. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostrę declaratiōis statuti decreti reseruationis prohibitionis inhibitionis & voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipoten-

tis

Proprij.

xxxij

ris Dei ac beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto, Quintodecimokl. Aprilis. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Cę. Glorierius.

Visa de Curia M. de Enciso.

H. Cumyn.

¶ Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo. Indictione decima, die vero decima sexta Mensis Maij, Pōtificatus Sanctissimi in Christo patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Pape Quinti, Anno eius secundo, Retroscriptę literę affixę, et publicatę fuerunt in retroscriptis locis ut moris est per nos Alexandrū Astancolū et Iohannem Guerdardum prelibati Sanctissimi Domini Nostri Pape Cursores.

Antonius Clerici Magister Cursorum.

Bulla

Motus

¶ **BVLLA S. D. N. D. PII PP. V. PRO-**
hibitionē. Blasphemie, Sodomie, Simonie, Concubina-
riatus, ac contra deambulantes per Ecclesias, pauperes
per eas mendicantes, ac alios in eis illicita facienē. nec non
de tollendis ex eis capsis, et depositis mortuorum, de nō
laborando in diebus Festiuis, ac circa plurima alia Dei
honorem, et diuinum cultum concernē.

¶ Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei ad per-
petuam rei memoriam.

Cum primum apostolatus officium diuina nobis dis-
positione cōmissum suscepimus: statim omnem cu-
ram et cogitationē nostram in dominici gregis fidei no-
stræ crediti salute defiximus: & Christi fideles Deo iuuan-
te ita dirigere statuimus, vt à vitijs & peccatis abstinētes,
iter, quod ad vitam æternā ducit, insistant. Cum autē ad
omnia, quæ diuinā maiestatem aliquo modo possent of-
fendere, amouenda mentis nostræ aciem intenderimus:
ea primū & sine mora emendare decreuimus: quæ Deo
præter cetera displicere, & irā eius prouocare cū diuinæ
docent scripturæ, tum grauissima exēpla declarant, nem-
pe diuini cultus neglectum, Simonie labē, blasphemie
crimen, & libidinis naturæ contrariæ vicium execran-
dū, propter quæ populi & nationes bellorū, famis & pesti-
lentiæ calamitatibus iustadei ultione sæpe plectuntur.
Et si autē contra eos, qui tam graua crimina admiserint:

multæ

Proprij.

xxxiiij

multæ à prædecessoribus nostris cōstitutiones editæ fue-
runt: tamē quia parum est leges edere: nisi sint, qui eas de-
bitis temporibus exequantur: Idcirco ne qui forsan exto-
lerantia sperare iuuitatem audeant, scientes plerosq;
pœnarū grauitate magis quā dei timore arceri solere à
voluntate peccandi, omnes & singulas sententias censu-
ras & pœnas contra eos, qui talia deliquerint, latas confir-
mamus, & apostolica auctoritate innouamus: nec de earū
rigore quicquā relaxamus, admonemusq; eos qui talia
perpetrare veriti nō fuerint: nō solum subituros eas pœ-
nas: quæ sacris sunt Canonibus constitutæ: sed eas etiam,
quas leges ciuiles comminantur, & nostri quoq; arbitrij
discretio pro personarū qualitate cōstituet. Mandantes
ciuitatum, & locorū status nostri Ecclesiastici pro tempo-
re Ordinarijs, & Gubernatoribus, illis quidem sub pœna
suspensionis à diuinis: his vero sub pœna excoicationis la-
tæ sententiæ, vt quos debitum Deo cultum in Ecclesijs
non tribuere: alijsque nefandis discriminibus pollutos esse
competerint: cōprehendi curent pœnis afficiendos cōpe-
tentibus. Scituris etiā ipsis Iudicibus quod si posthanc no-
strā cōstitutionē in castigandis hmōi delictis negligē-
tes fuerint: Primū quidē Dei omnipotētis Iudicio ob-
noxij erunt: deinde nostram quoque incurrent indigna-
tionē. Vt autē pœnarum certitudo cunctis facilius inno-
tescat: nōnullas hic duximus exprimendas, alijs nihil o-

E minus



Motus

minus cōtra hmōi criminū reos à iure statutis in suo robo
re manentibus. Ut igitur Deo optimo maximo, glorio
sæ virgini, & sanctis omnibus debitus honor deferatur:
Gregorij X. prædecessoris nostri cōstitutionem innouan
tes, ac statuta in Tridentino Concilio obseruari volētes:
statuimus, & ordinamus: vt ad Ecclesias sit humilis, &
deuotus ingressus, quieta conuersatio, deuotis orationi
bus insistat: & omnes genibus flexis sanctissimum sacra
mentum adorent: ad nomen Iesu Christi domini nostri
cū exhibitione reuerentiæ caput inclinēt: nullus in dictis
Ecclesijs seditionem faciat: tumultum excitet, clamores
moueat: impetumue cōmittat: cessent vana, foeda, & p
fana colloquia, risus immoderati, & strepitus omnes iu
diciorū, & alia quæcunq; quæ diuinū officium perturba
re possunt. Nullus intra Ecclesias deambulare audeat, si
ue præsumat: dū celebrantur sacra missarum mysteria, &
alia diuina officia. Qui vero prædicta petulanti animo cō
tempserint: præter diuinæ vltionis acrimoniam, nostri
quoq; arbitrij pænas incurrant: quæ omnia locorū quoq;
ordinarij in suis Ecclesijs faciant obseruari. Quicumq; ve
ro in Ecclesijs, dum ibi sacrificiū Missæ, & diuina celebrā
tur officia, aut verbum Dei prædicatur: deambulare, vo
ciferari, aut verso tergo ad sanctissimum sacramentū ir
reuerenter sedere, aut aliquid, quod scandalum generet,
aut diuina perturbet officia, facere præsumperit: pænam
vigin

Proprij.

xxxiiij

viginti quinque ducatorū incurrat, præter alias arbitrio
nostro imponendas, & moderandas pænas: & qui non
habebit in ære, luet in corpore, aut exilio mul'tabitur.
Qui vero in Ecclesijs cum mulieribus impudicis, siue e
tiā honestis colloquium scurrile habuerit: aut alios inho
nestos actus fecerit, viginti quinque ducatorum pænam
incurrat, & carceris per mensem. Qui in Ecclesijs, vt su
pra, obscœnis, & inhonestis verbis, aut signis vsus fuerit,
aut aliàs fæda colloquia cum personis quibuscunq; ha
buerit, decem aureorū pæna mul'tetur, aut aliàs corpo
raliter puniatur. Mandamus præterea omnibus, & sin
gulis Cathedraliū, Collegiatarū, & Parochialiū, Ecclesia
rū Capitulis, Rectoribus, Vicarijs, Sacristis, Ostiarijs, &
alijs ipsarū Custodib⁹, quatenus præfatos oēs in Ecclesijs
delinquētes admoneāt, & vt in eis vetita fieri nō pmittāt
vel saltē ipsis ordinarijs, vel officialibus nostris puniēdos
deferant, qđ si facere neglexerint, pænā duorū aureorum
vice qualibet incurrant. Pauperes quoq; mendicantes
seu eleemosynas petētes per Ecclesias tempore missarum
pædicationum aliorumq; diuinorum officiorum ire
non sinant, sed eos ad valuas Ecclesiarum stare faciant,
sub pæna duorum aureorum Capitulis infligenda pro
qualibet vice, nisi eos eijci curauerint, & Parochijs di
midij aurei. Religiosis etiam Claustralibus, siue re
gularibus præcipimus in virtute sanctę obedientię vt in

E ij

Ecclesijs

Motus

Ecclesijs suis deputet aliquē, qui tales eijciat, & si negligētes fuerint, grauisime ab ordinario corripiantur, quod si illi parere recusauerint, grauisimas pœnas incurrant, & pro qualitate personarū etiam corporaliter puniētur arbitrio nostro, siue Superiorū suorum. Et vt in Ecclesijs nihil indecens relinquatur, iisdē provideant, vt capsæ oēs, & deposita, seu alia cadauerū conditoria sup terram existentia omnino amoueantur, prout alios statutū fuit, & defunctorū corpora in tumbis profundis infra terrā collocentur. Cum vero dierū festorū obseruatio ad Dei cultū maxime pertineat, & in lege diuina præcipiatur: Cupientes abusus prauos, qui ex eorū in obseruantia inualuerunt: omnino corrigere: & antiquorū canonū statuta renouantes, mandamus vt oēs Dies dominici, & p̄cipue in honore dei, beatæ Mariæ virginis, sanctorū Apostolorū feriatī cū omni veneratione obseruetur, & oēs in diebus præfatis Ecclesias frequentent: diuinis officijs deuote intendāt: ab omni illicito, & seruili opere abstineant: Mercatus nō fiant: Profanæ negociationes & Iudiciorum strepitus cōquiescāt. Qui vero in diebus præfatis opus aliquod illicitū fecisse deprehensus fuerit: præter diuinā vltionē, & amissione animalium, quibus ad vcturā vtetur, et graues pœnas incurrat arbitrio nostro, seu vicarij nostri in vrbe. In alijs aut locis arbitrio ordinariorū, vel aliorū magistratuū, ita vt p̄uentioni locus sit. Quibus omnibus di-

strictē

Proprij.

xxxv

strictē præcipimus, vt hæc diligenter obseruari procurēt: illas etiā festiuitates, quæ iuxta cōsuetudinem locorū solemniter celebrari cōsueuerunt, iuxta laudabilē cōsuetudinē debita cū reuerentia obseruari faciant, sub pœnis arbitrio ipsorū imponendis, & moderandis. Et vt simoniacæ prauitatis labes prorsus aboleatur, Cōstitutiones antecessorū nostrorū contra Simoniacos editas, & præsertim Pauli II. inuiolabiliter obseruari mandamus, & delinquē restam in sacrorum ordinū receptione, quam in beneficiorū assecutione, statutis etiā inferius pœnis nostra auctoritate affici volumus. Quicumq; igitur detestabile crimen Simoniacæ prauitatis cōmississe cōuictus fuerit in cōsequēdis ordinibus, eo ipso sit ab illorū executione per decenniū sine spe dispensationis suspensus, & per annū carceribus mancipetur. Qui dignitates Ecclesiasticas simoniacæ acquisiuerit, illis sit ipso iure priuatus, & in futurū inhabilis ad eas, & quascunq; alias obtinēdas. Qui beneficium, aut officium Ecclesiasticum simoniacæ adeptus fuerit: illis similiter sit ipso iure priuatus: & ad fructuum omnium, quos perceperit, restitutionē teneatur, & perpetuo sit inhabilis ad ea, & quæcunque alia beneficia Ecclesiastica obtinenda. Si quis autem tale crimen pluries commisisse cōuictus fuerit: præter supradictas pœnas etiā corporaliter puniatur, & ab ordinibus Ecclesiasticis degradatus à fidelīū cōsortio eijciatur. Qui vero ordines,

E iij

& bene

& bñficia simoniace cōtulerint: poenis à Iure statutis puniantur, cuiuscunq; gradus cōditionis, & dignitatis, etiā si Episcopi, Archiepiscopi, vel maiores fuerint. Caueant præterea quicunq; ne in sacramentorū exhibitione Simoniacū aliquid faciant: Alioquin grauissime puniatur per locorū ordinarios, qui hmoi criminis reos cum maxima seueritate coercere procurent, iuxta Cōcilij Tridētini statuta. Ad abolendū vero nefariū, & execrabile blasphemix scelus, quod in antiqua lege Deus morte puniri mādat, & Imperialibus quoq; legibus receptū est: nūc autē pp̄ nimia iudiciū in puniēdo segnicie, vel potius de suetudine, supra modū inualuit, Leonis X. prædecessoris nostri in nouissimo Lateran. Cōcilio statuta innouātes, Decernimus, vt quicunq; laicus Deū, & Dñm nostrū Iesum Xpm, vel gloriosā virginē Mariā eius genitricē expresse blasphemauerit: pp̄ prima vice p̄nā Viginti quinque ducatorū incurrat, pp̄ secunda, p̄nā duplicabitur, pro tertia autē Centum ducatos soluet, & ignominia notatus exilio mulctabitur. Qui vero plebeius fuerit, nec erit soluendo, pro prima vice manibus post tergū ligatis, ante fores Ecclesie cōstituetur per diē integrū: pro secunda fustigabitur p̄ Urbē, pp̄ tertia lingua ei perforabitur, & mittetur ad triremes: Quicūq; clericus in hoc blasphemie crimē incurrerit: pp̄ prima vice fructib⁹ vnus anni oīum, & quorūcunq; beneficiorum suorum, pro secunda, bñficijs ipsis,

pri-

priuetur, pro tertia omnibus etiā dignitatibus exutus deponatur: & in exiliū mittatur. Quod si clericus nullū obtinuerit beneficiū, p̄nā pecuniaria, vel corporali, pro prima vice puniatur, pro secunda carceribus mancipetur, pp̄ tertia verbaliter degradetur, & ad triremes mittatur. Qui reliquos sanctos blasphemauerit, pro qualitate blasphemix, atq; p̄sonę, arbitrio Iudicis puniatur. Si quis crimē nefadū cōtra naturā, pp̄ quod ira dei venit in filios diffidētię, pp̄trauerit: Curia seculari puniendus tradatur. Et si Clericus fuerit oībus ordinibus degradatus, simili p̄nā subijciatur: Monemus præterea oēs locorū ordinarios & in virtute sanctę obediētię eis p̄cipimus, vt statuta Tridētini Cōcilij cōtra Cōcubinarios tā Clericos, quā laicos edita districte faciāt obseruari, reddituri Deo, ac nobis, si id omiserint, rōnem. Et vt præmissorū delictorum Simoniæ, blasphemix, ac stupri nefandi notitia facilius habeatur: Volumus q̄ in singulis casibus, nō solū per accusationē, & inquisitionē, sed etiā ad simplicē, & secretā denuntiationē p̄cedatur per quoscunq; iudicēs, aliāstñ de iure cōpetentes, tā rōne delicti, quā personarum, ita q̄ inter eos locus sit præuentioni. Monemus præterea oēs, & singulos, vt solum dei timorem præ oculis habentes, & nō alia animi praua affectione ducti, culpabiles tm̄ deferant: innocentes non vexent. Quod si aliqui ex calumnia aliquos denunciāsse cōperti fuerint: eos ad p̄nā talionis

E iij

teneri

Motus

teneri volumus, & mandamus. Multæ autem pecuniaræ applicabuntur pro duabus partibus locis pijs arbitrio nostro in Vrbe, extra vero, ordinariorum, pro tertia accusatori, qui delinquentes detulerit. Mandamus autem præcipibus, Comitibus, & Baronibus omnibus S. R. E. feudatarijs, sub pæna priuationis feudorum, quæ ab ipsa Ecclesia Romana obtinet, reliquos vero Principes christianos, & Terrarum Dominos hortamur in dño, & in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia, & honore, præmissa omnia in suis dñijs, ac Terris exactissime seruari faciât, vberriam ab ipso Deo mercedem tam boni operis recepturi. Nō obstantibus quibusuis Constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac exemptionibus, priuilegijs, indultis, facultatibus, & literis Apostolicis, quibusuis Capitulis, Conuentibus, Militijs, ordinibus, & personis cuiuscunq; qualitatis, & conditionis existentibus, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, & insolitis clausulis, nec nō irritantibus, & alijs decretis in genere, vel in specie, etiam Motu proprio alias quolibet cōcessis, approbatis, & innouatis, quibus, illorum tenores pñtibus pro expressis hñtes, specialiter, & expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Volumus autem qd pñtium trāsumptis etiã impressis manu alicuius notarij publici subscriptis,

Proprij.

xxxvij

tis, et sigillò alicuius Prælati munitis eadē prorsus fides vbiq; adhibeatur, q̄ eisdē pñtibus adhiberetur, si forēt exhibite, vel ostense. Nulli ergo oīno hoīum liceat hęc paginā nostræ innouatiōis, relaxatiōis, admonitiōis, cōfirmatiōis, mādati, statuti, decreti, ordinationis, pcepti, monitionis, volūtatis, & derogatiōis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attentare psumperit: Indignationē oīpotentis Dei, ac beatorū Petri, et Pauli Apostolorū eius se nouerit incursum. Datū Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto kal. Aprilis. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Antonius Florebellus Lauellinus.

Visa de Curia Io. Riuetius.

H. Cumyn.

B V L L A S. D. N. D. PII DIVINA
prouidentia Papæ V. Super clausura, et reformatione quarumcunq; Monialium.

Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam Rei memoriam.

Circa Pastoralis officij nobis meritis licet imparibus, desuper cōmissi curā quantū nobis ex alto permittitur inuigilantes assidue ad ea per q̄ singulis erroribus, et excessi-

excessibus obuiatur, ac personis quibuslibet præsertim
 femineis sexus virginitatem suã Altissimo vouëtibus sub
 Religionis iugo Christo Saluatori in castitatis holocau-
 sto famulari affectantibus, à semita Iustitiæ, & honestatis
 declinãtib; ne quicquam in eis reperiatur in cõgruũ qd̃
 in Regularis ponat honestatis gloria maculam, & diuinã
 merito possit offendere Maiestatem, opportune succurri-
 tur libenter intendimus, ac in his nostræ vigilantia par-
 tes propensius impartimur prout id in domino salubriter
 expedire conspiciamus. Hac igitur perpetuo valitura Cõ-
 stitutiõne inhærentes etiam Constitutione fel. rec. Boni-
 facij Papæ viij. prædecessoris nostri quæ incipit Pericu-
 lofo, & decretis Concilij Tridentinũ super clausura Mo-
 nialium editis auctoritate Apostolica tenore presentium
 statuimus atque perpetuo decernimus, vniuersas, & sin-
 gulas Moniales præsentis atque futuras cuiuscunq; Re-
 ligionis ordinis, vel Militiarũ etiã Hierosolymitanũ sint
 quæ, vel iã receptæ sint, vel in posterum in quibusuis Mo-
 nasterijs siue domibus recipientur, & tacite, vel expresse
 Religionẽ professæ etiam si Cõuersæ, aut quocunq; alio
 nomine appellentur etiã si ex institutis, vel foundationibus
 earũ Regulæ ad clausuram non teneantur, nec vnquã in
 earũ Monasterijs, seu domibus etiã ab immemorabili tẽ-
 pore, ea seruata nõ fuerit, sub ppetua in suis Monasterijs,
 seu domibus de cetero debere permanere clausura iuxta
 formam

formam dictæ Constitutionis fe. re. Bonifacij Papæ viij.
 prædecessoris nostri quæ incipit Periculoso in sacro Cõci-
 lio Tridentinũ approbatæ, & innouatæ quã nos auctoritate
 præfata et approbamus, & innouamus in oĩbus, & per oĩa,
 ac illã districte obseruari mandamus, quod si aliquæ Mo-
 niales forsan reperiãtur quæ cõsuetudine etiam in memo-
 rabili, aut instituto, vel fundatiõne regulæ suæ fretæ animo
 obstinato huic clausuræ resistant, aut quoquomodo relu-
 ctentur, ordinarij vna cum Superioribus earum omnibus
 iuris, & facti remedijs compellant easdem tanquam re-
 belles, & incorrigibiles ad præcise subeundũ dictam clau-
 suram, & perpetuo obseruandũ. Mulieres quoq; quæ Ter-
 tiriæ, seu de pænitentia dicuntur cuiuscunq; fuerint ordi-
 nis in Congregatione viuentes, si & ipsæ professæ fuerint
 ita, vt solemne votum emiserint ad clausurã præcise, vt
 præmittitur, & ipsæ teneantur quod si votum solemne non
 emiserint ordinarij vna cũ Superioribus earũ hortentur,
 & persuadere studeant, vt illud emittant, & profiteantur
 ac post emissionem, & professionem eidem clausuræ se
 subijciant quod si recusauerint, & aliquæ ex eis inuentæ
 fuerint scandalose viuere seuerissime puniantur. Ceteris
 autem omnibus sic absque emissionem professionis, & clau-
 sura viuere omnino volëtibus interdiciamus, & perpetuo
 prohibemus ne in futurum vllam aliam profus in suum
 ordinem Religionem Congregationemue recipiant.
 Quod

Motus

Quod si contra huiusmodi hanc nostram prohibitionem, et decretum aliquas receperint eis ad sic viuendum omnino inhabiles redimus ac illarum quaslibet professiones, et receptiones irritas, decernimus et nullas prout etiam presenti decreto irritas facimus et annullamus. Porro ne Moniales, vel Tertiarię predictę propter hanc clausuram detrimentum, aut incommodum aliquod in earum necessitatibus maxime impertinentibus ad illarum victum patiantur sed vt eis opportune consulatur auctoritate Apostolica præfata statuimus decernimus præcipimus atque mandamus ordinarijs, et superioribus earum, vt curent colligi fidelium eleemosynas per Cõuersas quę non sint p̄fessæ vel si p̄fessæ fuerint sint tamen ætatis annorum quadraginta, et in domibus contigujs, extra tamen Monasterium, degant, et non ingrediantur clausuram aliarum Monialium nisi in casibus ex earum Cõstitutionibus permisis, et de earum domibus exire non possint pro huiusmodi eleemosynis colligendis nisi de licentia ordinarij, vel earum Superiorum, Et de cetero nullę alię Cõuersæ p̄fessæ recipi amplius etiam de consensu suorum Superiorum, vel prælatorum possint, quod si aduersus hanc nostram prohibitionem receptę fuerint, illarum receptio nulla irrita et inanis sit prout ex nunc nullam irritam facimus, et annullamus. Quod si predicto modo necessitatibus Monialium, et Mulierum Tertiariarum predictarum succurri

Proprij.

xxxix

succurri sufficienter non poterit mandamus ipsis ordinarijs, & Superioribus earum, vt ipsi p̄uideat de alijs personis pijs, & Deo deuotis quę fidelium eleemosynas colligat, vel alias eo meliori, & cõmodiori modo quo fieri poterit et ex opere manuum ipsarum Monialium, & Mulierum predictarum, arbitrio ordinariorum, & Superiorum earundem, & prout eis cõgruentius expedire videbitur p̄uideatur, & succurratur. Et ne propter Monialium numerum excessiuum clausurę obseruatio violetur, inherentes etiã similiter dispositioni dictę Cõstitutionis Bonifacij, et Cõcilij Tridentini decreto: Monialibus, predictis, & illarum Superioribus, et ordinarijs districte in hibendo præcipimus, et mandamus, ne plures in earum Monasterijs recipiant, et admittat siue recipi, et admitti permittant quã ex proprijs redditibus ipsorum Monasteriorum, vel cõsuetis eleemosynis commode sustentari possint. Mandantes propterea in virtute sanctę obediencie sub obtestatione diuini iudicij, et interminatione maledictiõis æternæ vniuersis venerabilibus fratribus Patriarchis Prælatibus Archiepiscopis, et Episcopis quatenus in Ciuitatibus et diac. proprijs præsentibus nostras literas publicari faciãt ac in Monasterijs Monialium sibi ordinario iure subiectis, in his vero quę ad Roman. mediate, vel immediate spectant Ecclesiam Sedis apostolicę auctoritate vna cū Superioribus eorundem Monasteriorum clausuram vt præmittitur

Motus

mittitur quā primū poterint seruari procurent. Contra-
dictores atq; rebelles per censurā Ecclesiasticam appella-
tione postposita cōpescēdo, inuocato ad hoc si opus fuerit
auxilio brachij sæcularis. Ac vt hoc tā salutare decretū fa-
cilius obseruetur, oēs principes sæculares, & alios domi-
nos, & Magistratus temporales rogamus requirimus, et
obsecramus per viscera misericordię dñi nostri Iesu Chri-
sti eisdē in remissionē peccatorū iniungentes, quod in præ-
missis omnibus eisdem Patriarchis Primatibus Archie-
piscopis, & Episcopis, & alijs Monialium Superioribus
assistant, ac suum fauorē, & auxiliū præstent. Ac impediē-
tes pēnis etiā tēporalibus afficiant præmissis cōstitutioni-
bus, & ordinationibus Apostolicis statutis, & cōsuetudi-
nibus etiā immemorabilibus etiā per sedem Apostolicā
approbatis, & confirmatis priuilegijs quoque indultis, et
litteris Apostolicis etiā infundatione, & institutione eisdē
Monasterijs, vel domibus, & Monialibus sub quibuscūq;
verborū formis, & clausulis irritantibus, & alijs decretis
quibuslibet cōcessis, cōfirmatis ac etiam iteratis vicibus
approbatis, & innouatis. Quibus omnibus etiā si pro suffi-
ciēti illorū derogatiōe de illis eorumq; totis tenoribus spe-
cialis, specifica, expressa, & indiuidua, nō autem per clau-
sulas generales idem importantes, mentio, seu quęuis a-
lia expressio habenda, aut aliqua exquisita forma ad hoc
seruanda foret tenores huiusmodi, ac fide verbo ad ver-
bum

Proprij.

xl

bum infererentur pro sufficienter expressis habentes quō-
ad effectum validitatis nostrę cōstitutionis tantum dero-
gamus contrarijs quibuscunq;. Aut si aliquibus commu-
niter, vel diuisim ab eadem sit Sede indultum quod inter-
dici, aut suspendi nō possint per litteras Apostolicas non
facientes plenā, & expressam ac de verbo ad verbum de
indulto hmōi mentionem. Per hoc autem in Monasterijs
exemptis ordinarij locorum quoad alia nullam sibi cre-
dant iurisdictionem, vel potestatem aliquatenus eis at-
tributam: volumus autem quod præsentēs litterę, ad val-
uas Basilicę beati Petri Apostolorum principis, & in Cā-
cellaria nostra, ac acie Campi Florę publicentur, & inter
Constitutiones extrauagantes perpetuo valituras con-
scribantur. Et quia difficile foret præsentēs ad singula
quęcunq; loca deferri volumus, & etiam declaramus
quod earum Transumptis etiam impressis manu alicui-
us Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Pręlati mu-
nitis eadem prorsus fides vbicunq; adhibeatur quę
præsentibus adhiberetur si forent exhibite, vel ostense.
Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam no-
strę approbationis, innouationis, statuti, decreti, man-
dati, interdicti, prohibitionis, annullationis, præcepti, in-
hibitionis, requisitionis, obsecrationis, iniunctionis, de-
rogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei
ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare
prę-

presumpserit indignationem omnipotentis Dei ac beatorum Petri et Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romę apud Sanctum Petrum Anno incarnationis Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Sexto. Quarto kl. Iunij Pon. Nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

Visa de Curia Io. Riuetius. ff.

H. Cumyn.

¶ Anno à natiuitate Domini millesimo, quingentesimo, sexagesimo, sexto, indictione nona die vero nona mēsis Iunij Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, et Domini nostri Domini pij diuina prouidentia Papę quinti Anno primo. Retroscriptę literę affixę, et publicatę fuerunt ad Valuas Basilicę Principis Apostolorum Sancti Petri de vrbe Cancellarię apostolicę, et in Acie Campi Florę dimissis Copijs earundem in retroscriptis Literis affixis p nos Io. Guerardi, et Nicolaũ de Mattheis Curf. Antonius Clerici Magister Cursorum.

¶ EDICTVM DE NON FABRICANDO
in Ecclesijs, neq; in earum porticis, de non sepelli n̄.
mortuis nisi in Cæmeterijs: ac tumbis, nec nō
de fenestris Ecclesias intropicientibus re-
mouendis, ac remurandis.

Jacobus

¶ Jacobus miseratione diuina tituli S.)
Marię in Cosmedin S.R.E. Presbyter) Vic. Generalis.
Card. Sabellus S. D. N. Papę. In alma)
Vrbe, eiusq; districtu, ac suburbijs.)

Vniuersis & singulis Patriarchalium, & Collegiatarum Parochialium, & aliarũ dictę Urbis, & suburbiorum Ecclesiarum Archipresbyteris, Canonicis, Præpositis, Rectoribus, & quorumuis Monasteriorũ, & Cõuentuum cuiuscunq; Ordinis in eadem Vrbe, & suburbijs existē. Abbatibus, Prioribus, & Guãrdianis Capitulis & Præpositis, Hospitaliumq; & Cõfraternitatum, aliorũq; piorum locorum custodibus, guardianis, Gubernatoribus, & administratoribus, seu quouis alio nomine nuncupatis ne de cætero subducentorũ ducatorũ auri toriens quotiens contrauentum fuerit persoluendorũ mandati executiui, & iurius subsidiũ excõmunicatiõis alijsq; cęsuris Ecclesiasticis arbitrio nostro imponeñ. & erogañ. pœnis audeant siue præsumant, aut aliquis eorũ audeat siue præsumat per se vel aliũ, seu alios in dictis eorũ Ecclesijs, & porticis fabricare, nec fabricari facere etiã ex causa cappellarũ, altariũ, & sepulchrorũ construē. seu aliquid innouare, aut innouari facere, vel permittere minufq; quibusuis personis cuiuscunq; status, gradus, & conditionē. existē. licentiã in dictis eorũ Ecclesijs, & porticis fabricari seu fabricari faciē. aut aliquid innouandi, vt supra cõce

F dere

Motus

cedere sine nostra expressa licentia in scriptis obtentum. neque supra dictas Ecclesias, & porticus cęmeteria aliquas stantias mansionem. vel habitationem. construere, & construere facere, aut id permittere, vel illas ad usum priuatum concedere. Minusque mortuos, nisi tantum in Cęmeterijs tumbis siue sepulchris ad huiusmodi officium fabricatis sepellere, vel sepelli facere, vel id permittere eosdemque prenomatos omnes requirunt, & monentur quod infra quindecim dierum spatium a publicatione presentium die computantur. sub similibus penis debeant, & quilibet eorum debeat quascunque fenestras domorum vicinarum, & contiguarum Ecclesiarum supradictis etiam ipsorum introspectantes dictas Ecclesias remouisse, obturasse, remurasse, remoueri que obturari, & remurari fecisse, nec non infra terminum predictum, ubi cęmeteria desunt tumbas siue sepulturas communes in dictis eorum Ecclesijs ad sepellendum capaces, & sufficientes. locis tamen prius per nos seu nostrum Vicegerentem, assignantur, construxisse, et construere fecisse. Alioquin ad prenomatas, & alias arbitrio nostro reseruatatas penas contra inobedientiam. & premissam non obseruantiam. procedere curabimus: volumus autem & decernimus quod presentibus in locis solitis affixis, & publicatis, ita earum quęlibet ardeat executio perinde ac si personaliter intimati fuissent. In quorum fidem, &c. Datum Romę, in sedibus nostris, sub anno a Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi Millesimo quingentesimo sexagesimo sexto. Indictio

ne nona,

Proprij.

xlij

ne nona, die vero vigesima octaua mensis Nouembris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papę Quinti Anno Primo.

A. Binarinus Vicegerens.

Triphon Victorellus Notarius.

MOTVS PROPRIVS S. D. N. D. P II
diuina prouidentia papę Quinti de veritate exprimens &c. in dispensationibus matrimonialibus, & alijs gratijs sub pena falsi.

MOTV PROPRIO &c. Cum sicut accepimus nonnulli suę conscię pędigi, ac proprię salutis immemores, vt facilius a nobis, & Sede Apostolica dispensationes matrimoniales, & alias gratias, & concessiones obtineant gradus consanguinitatis vel affinitatis aut cognationis spiritualis ac scientiam illorum aliter quam eis, a principio ab ipsis partibus significatum vel narratum fuerit exponunt, & si matrimonia huiusmodi adhuc contracta non fuerint, pro contractis narrant, ac alias diuersimode veram facti speciem tam in ipsis dispensationibus matrimonialibus, quam pro alijs quibuscunque gratijs, & concessionibus obtinendis immutent, ac propterea cum non solum in impetrationibus huiusmodi falsitas narretur,

F ij

verum

Motus

verum etiam in partibus plerumq; pro verificatione gratiarum huiusmodi veritas immutetur, & falsitas comittitur. Nos igitur huiusmodi abusibus, & erroribus obviare cupientes. Motu proprio &c. omnes, & singulos procuratores tam officij sacrae penitentiariae, seu contradictarum, quam alios quocunq; sollicitatores, & scriptores, quos copistas vocant qui veritatem facti a narratione qua ab ipsis partibus habuerunt quo ad substantialia, & qualitates necessario exprimendas diuersas faciunt, seu quoquo modo inuertunt, aut immutant, deprauant, & per subreptionem, & obreptionem gratias a nobis extorquent pena falsi incurrere, & ea puniri omnino debere decernimus, et declaramus, Mandantes propterea Almae Urbis Gubernatori, Camerae Apostolicae Auditori, & Vicario quatenus in praemissis reos, & culpabiles repertos poena falsi, vt praemittitur puniant, cum potestate citandi etiam per edictum constituto summarie de non tuto accessu, aliaq; dicendi, & faciendi in praemissis necessaria seu quomodolibet opportuna. Non obstant praemissis constitutionibus, et ordinationibus apostolicis ceterisque contrariis nequaquam obstant. irritum quoq;, et inane &c. diciq;, et c. iudicari et diffiniri debere, sublata etc. decernent. Et quod praesentis motus proprii, et absq; data, et registratura sola signatura sufficiat, et vbiq; fidem faciat in iudicio, et extra regula contraria non obstant. eiusq; transumptis manu alicuius notarij publici

Proprij.

xliij

publici subscriptis, & sigillo alicuius personae in dignitate ecclesiastica constitutae munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur si forent exhibitae, vel ostensae, quodq; Camerae, & Cancellariae Apostolicae, ac audientiae causarum Palatii Apostolici valuis, & in acie capi Florae dimissis in ibi copijs affixis oes ita afficiant, & arctent, ac si illis personaliter intimatae fuissent.

Placet Motu Proprio. M.

¶ Die quinta Decembris. 1566. suprascriptae literae Apostolicae affixae, & publicatae fuerunt in locis suprascriptis dimissis in eisdem locis copijs affixis. Per me Nicolaum de Mattheis. Curs.

Iohannes Guerardi Mag. Curs.

¶ **B V L L A S. D. N. D. P I I D I V I N A P R O** uidentia Papae V. Super declaratione decreti Concilij Tridentini. de cognatione spirituali inter maritum, vel uxorem suscipientis, & baptizatum, baptizatiq; patrem, & matrem, & quascunq; alias personas tam ex parte suscipientis, quam baptizantis, & baptizati.

¶ **P I V S** Episcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

C Vm illius vice, licet minime suffragantibus meritis, geramus in terris, de cuius vultu prodit Iudicium, & videt oculi equitatem, officij nostri debitam prosequimur ac-

F iij

tionem,

Motus

tionē, si obscuros sacrorū Canonū sensus ita aperire studeamus, vt pijs Christifideliū mētibus nulla dubitādi occasio relinquatur. Sane licet ex eo qđ in Cōcilio Tridentiā. decretū fuerit, cognationē spirituale inter eos tantū cōtrahi, qui suscipiunt bapuzatum de Baptismo, ac baptizatū ipsum, & illius patrem & matrē, nec nō baptizantem, & baptizatū, baptizatiq; patrem & matrē, in reliquis personis, quæ per antiquos Canones occasione cognationis hmōi cōtrahere phibebātur, omne impedimētū sublatū esse videatur: adhuc tñ ab aliquibus dubitari accepimus, an saltē impedimentū cognationis spiritualis hmōi inter maritum vel vxorē suscipientis, & baptizatum, nec nō inter maritum vel vxorē suscipientis, & patrē ac matrem bapuzati vigeat, propterea quod prohibitū de vno cōiuge de altero etiā prohibitū esse videatur. Nos piarū mentium quieti, & Matrimoniorū favori (quātum ex alto nobis permittitur) cōsulere volētes, à præcis verbis Cōcilij minime discedendū in præmissis esse cēsuius. Et propterea nullū amplius impedimentū ratione cognationis hmōi subesse decernimus, & declaramus, quominus inter dictos maritū vel vxorem suscipientis, & baptizatū, baptizatiq; patrē & matrē, & quascūq; alias personas tā ex parte suscipientis q̄ baptizantis, & baptizati, in dicto Cōcilio nominatim nō expressas, Matrimonium liberē & licitē cōtrahi possit, et ita ab oībus iudicari debere mādamus

Proprij.

xliij

mūs atq; statuimus: decernētes irritū & inane, si quid secus à quoquā quacūq; dignitate, auctoritate, & potestate prædito contigerit iudicari. Nō obstantibus Cōstitutionibus, & ordinatiōibus apostolicis, alijsq; cōtrarijs quibuscūq;. Volum⁹ aut, qđ præsentēs literę in Cācellaria nostra Apostolica, & acie Cāpi Floræ de more publicentur, & inter Cōstitutiones perpetuo valituras describātur. Et quia difficile foret præsentēs ad singula quęq; loca deferri, qđ earum Trāsumptis, et impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius prælati munitis eadē prorsus fides adhibeatur, qđ præsentib⁹ adhiberetur, si foret exhibitę vel ostēse. Nulli ergo oīno hoīum liceat hanc paginā nostrę declarationis, decreti, mādati, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aut hoc attemptare præsumpserit, indignationē Omnipotētis Dei, ac beatorū Petri & Pauli Apostolorū eius se nouerit incurfurū. Dat. Romæ apud Sanctū Petrum, Anno Incarnationis Dominicę 1566. Quarto kal. Decembris. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Cæ. Glorierius.

Visa de curia Io. Barengus.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

¶ Anno à Natiuitate Domini 1566. Indictione nona, die vero decima nona mensis Decembris, Pontificatus

F iij

Sanctiss.

Motus

Sanctis, D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno eius primo, Retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerūt ad valuas Cancellariæ Apostolicæ et acie cāpi Floræ, vt moris est, p nos Antonium Clerici, & Io. Andream Rogeriū præfati S. D. N. Papæ Curs.

Stephanus de Olea Mag. Curs.

¶ Bulla S. D. N. D. Pij diuina Prouidentia Papæ V. Super declaratione decreti Cōcilij Tridentini de impedimento affinitatis ex fornicatione pueniē.

¶ Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

AD Romanū Pontificem spectat Canonicas sanctiōnes, quæ expressiorem sensum postulare vidētur, re diligenter perspecta ita declarare, & alias prouidere, vt oīs dubietas de pijs Christifideliū mentibus euellatur. Sane postq̄ ex eo quod Tridentin. Synodus impedimētū affinitatis ex fornicatione pueniens, per quod nō solū Matrimoniū cōtrahi phibetur sed ēt postea factū dirimitur, ad eos tantū restrinxit, qui primo & secundo gradu cōiūgūtur, in vltioribus vero gradibus statuit. Matrimoniū postea factū nō dirimi, à plurib⁹ Christifidelibus vt accipim⁹ est dubitatū, an licet in vltioribus gradibus hmōi Matrimoniū cōtractum nō dirimatur, adhuc tñ iuxta antiquos Canones cōtrahi prohibeatur. Et propterea nos
omnem

Proprij.

xlv

omnem ambiguitatē tollere, & animarū tranquillitati ac Matrimonij liberati quantū cū de opsumus cōsulere volentes. Declaramus, & apostolica aucte decernimus nullū hodie impedimētū remanere, quo minus in vltioribus gradibus hmōi libere & licite Matrimoniū cōtrahi possit, & ita ab oībus iudicari debere mādām⁹ atq; statui mus, decernētes irritū & inane si quid secus a quoquā quacūq; dignitate, auctoritate & potestate p̄dito cōtigerit iudicari, nō obstantibus Cōstitutionibus, & ordinationibus apostolicis, alijsq; cōtrarijs quibuscunq;. Volum⁹ aut qđ p̄sentes literæ in Cancellaria nostra apostolica & acie Cāpi Floræ de more publicētur, & inter Cōstitutiones p̄petuo valituras describātur, & quia difficile foret eas ad singula quæq; loca deferri, qđ earū Trāsumptis ēt impressis manu alicuius Notarij subscriptis ac sigillo alicuius prælati munitis eadē prorsus fides adhibeatur q̄ p̄sentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo oīno hoīum liceat hāc paginā nostrę declaratiōis, decreti, mādati, statuti, & volūtatis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis aut hoc attēptare p̄sumpserit, indignationē oīpotētis Dei ac beatorū Petri, & Pauli apostolorū eius se nouerit incurfurū. Dat. Romæ apud Sāctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę 1566. quarto kal. Decembris. Pontificatus Nostri Anno Primo.

Visa de Curia Io. Barengus

Cæ. Glorierius.

Regi

Motus

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

¶ Anno à Natiuitate Dñi Millesimo quingētesimo sexagesimo sexto Indictione nona die vero decima nona mēsis Decembris Pont. Sanctiss. D.N. D. Pij diuina puidētia Papę Quinti anno eius primo retrospectę literę apostolicę affixę, & publicatę fuerūt Romę in valuis cācellarię apostolicę, & acie Cāpi Florę vt moris est Per Io. Andream rogeriū, et Camillum Cherubinum Curs.

Stephanus de Olea Mag. Curs.

¶ **EDICTVM SVPER RESIDENTIA** curatorum, ac de se præsentāñ. in curia Reuerendissimi Domini Vicarij infra decē dies p ordines sacros, seu quęcunq; Beneficia Ecclesiastica habētibus.

¶ **IACOBVS** miseratione diuina tituli S. Marię in cosmedin S. R. E. Pręs) Vic. Generalis. byter Cardinalis Sabellº S. D. N. PP.)

CVM Aliã ex auctoritate Sanctissimi D.N. Papę viuę vocis oraculo nobis cōcessã in alijs nostris literis sub dat. Romę in ædibus nostris die trigesima Octobris M.D. LXVI. Inter alia in eisdem literis contenta omnes, & singulos Clericos sacris ordinibus initiatos aliosq; Beneficia Ecclesiastica etiam simplicia obtinen-

ter

Proprij.

xlvj

tes, & qui in Romana Curia morabantur ad decē dies ab earundem literarum promulgatione eos autem qui ad Urbem ipsam deinceps venturi essent, à die eorum aduentus numerandos in Curia nostra sisterent, & Nomen cognomen Patriam ordines, & Beneficia profiterentur, ac literas vt vocant dimissorias ostenderent sub pœnis in eisdem literis contentis præceperimus, & post earundem literarum promulgationem, & publicationē quamplurimi in eadem nostra Curia se præsentarint, ac nomen cognomen patriam ordines, & Beneficia professifuerint literasq; dimissorias ostenderint, & omnes seu plerosq; ex eis qui Beneficia Ecclesiastica Curam Animarum habentia obtinent infra terminum vnus mensis & sub quibusdam etiam priuationis Beneficiorum pœnis, vt ab Vrbe hac recedere seq; ad eorum Beneficia Curam Animarum requirentia conferre in eisdemq; beneficijs personalem residentiam facere deberent monuerimus, qui sic moniti nostris imo verius apostolicis monitionibus, & præceptis neglectis ab eadem Vrbe recedere seque ad eorum beneficia curata conferre minime curarunt, & de præsentibus non curant. Cum etiam sicut accepimus adsint nonnulli alij qui eorum nomen cognomen, & Patriam ordinesque, et Beneficia profiteri, et literas vt dicitur, dimissorias ostendere noluerunt, vt aliquando ab eorum erroribus rescipiscant, idcirco

Motus

idcirco de exp̄presso ordine eiusdē Sāctissimi D. N. Papæ nobis iterū, & de nouo viuę vocis oraculo facto. Tenore presentū requirimus, & monemus oēs p̄renomīnatos vt p̄mittitur monitos aliosq̄; omnes, & singulos Clericos Beneficia curam animarum requireñ. obtinentes in Romana Curia p̄afata commorantes eisq̄ue p̄cipimus, & sub priuationis Beneficiorum p̄fatorum, ac diutine carcerationis, et alijs arbitrio nostro etiam pecuniarijs imponendis, et erogadis p̄cenis inādamus quatenus, Hi videlicet qui citra montes Beneficia curata obtinent infra octo dies ab harū promulgatione cōputandos, Qui vero vltra montes Beneficia curam animarum requirentia obtinent per totum p̄sentem mēsem debeant, et quilibet eorum debeat ab Vrbe hac Romanaque Curia recedere seque ad eorum Beneficia curata quanto citius cōferre in eisdemq̄; personalē residentiam facere, alioquin ad p̄nas p̄dictas irremissibiliter procedemus. Eos autem qui se in curia nōstra sistere, et profiteri eorum Beneficia Ecclesiastica, et alia facere prout in dictis nostris literis continentur nequaquam curarunt citamus, et requirimus, ac monemus q̄atenus infra sex dierum sp̄acium quorum sex dierum, duos p̄ primo, duos pro secūdo, et reliquos duos pro tertio, et peremptorio termino, ac monitione canonica p̄missa cōpareant personaliter corā nobis, vel nostro Vicegerente seu Locū tenentē ad vidēdū se p̄nas in
monitio-

Proprij.

xlviij

monitionibus nostris, ac literis supradictis cōtētas quia illis non paruerunt incidisse, et incurrisse declarari Mandatumq̄; executiuum pro eisdem p̄nis literasq̄; etiam declaratorias sine sententiam diffinitiuam desuper per nos, vel nostrum Vicegerentem, seu Locum tenentem decerni, ac ferri respectiue, et promulgari. Volumus autem, et decernimus quod p̄sentibus in locis solitis affixis, et publicatis ita earū quemlibet arctet executio, ac si personaliter intimate fuissent. In quorum omniū, et singulorum fidem robur, et Testimonium p̄sentes fieri etc. Datū Romę in edibus nostris sub Anno, a Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi. Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo Indictione Decima die vero decima quinta Ianuarij Pōtificatus Sanctissimi in Christo Patris, et D. N. D. Pij diuina p̄uidencia Papę Quinti. Anno Primo.

A. Binarinus Vicegerens.

Triphon Victorellus Nor.

¶ BULLA S. D. N. PII PAPÆ V. S V S
pensionis facultatum, et auctoritatum cōferendi beneficia per resignationē seu permutationem vacantia in manibus quorumcunq̄; ordinariorum.

¶ Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei. Ad futuram rei memoriam.

Officium

Officium credite nobis administrationis exposcit, ut nō solum corrigamus ea quæ perperā attentantur, verū etiā ne in futurū illa cōtra ecclesiasticam puritatem attentari possint, debita animaduersione provideamus. Sane cum sicut accepimus, in resignationibus, & permutationibus quæ tā apud Sedem Apostolicam q̄ in partibus in Ordinarij manibus fiunt, quàm plurimi abusus irrepperint: Nos volentes huiusmodi abusus de Ecclesia Dei tollere, & futuris resignationum, & permutationum admissionibus eam normam præscribere, quæ sanctuarium Dei hominū pactioibus tradi nō possit, ac ut omnis symoniæ labes: & fraudis suspicio, in beneficiorū ecclesiasticorū prouisionibus absit, decernimus supplicationes beneficiorū quorumcunq; resignationē, seu permutationem cōtinentes, donec per nos illarum admittēdarū modus præscriptus fuerit, vltius non per modernos, & pro tēpore existentes Cardinalē, & alio signaturæ nostræ gratiæ præfectos (vt antea) sed per nos tantū, manu nostra signari debere. Et ne, dum præmissis occurrere intendimus, & a signaturæ nostræ præfectis ab illis abstinēdum censuimus, locorum Ordinarij, cæteri q; beneficiorum ecclesiasticorū inferiores Collatores p̄fati, vt antea à plerisq; eorum factū esse audiuimus, ita se fiducialiter cū ijs qui in eorum manibus beneficia ecclesiastica resignāt gerant, vt nō nisi illis quos ipsi nominauerint, aut p̄ quibus

bus intercesserint ea conferant, & de eis provideant, vel disponant, ac quos ecclesiæ plus prodesse posse cognoscunt, negligant, & contemnant, apostolica auctoritate, ac de apostolicæ potestatis plenitudine, hac nostra cōstitutione omnibus, & singulis dilectis filijs nostris, & Sedis Apostolicæ Legatis, Nuncijs, ac venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, ac quorumuis Cathedralium, & collegiatarum ecclesiarum Capitulis, Abbatibus, cæterisque alijs quorumuis beneficiorum ecclesiasticorum quomodocunq; qualificatorum inferioribus Collatoribus, ad quos de iure, vel consuetudine eorundem beneficiorum resignationes, seu permutationes admittendi facultas, spectat, & pertinet, quacunque dignitatis prerogatiua etiam Cardinalatus honore fulgentibus prohibemus, ne posthac, donec debitus modus (vt præmittitur) statuatur, ac decernatur, quorumuis beneficiorum ecclesiasticorum, tam secularium quam quorumuis ordinum regularium, qualitercunq; qualificatorum, etiam si iuris patronatus et ad quorumuis præsentationem, nominationem, electionem, et quamuis aliam dispositionem pertineant, resignationes, seu permutationes recipiant, vel admittant, neque beneficia eadem tanquam per resignationem vacantia, quibusuis personis conferant, vel de eis provideant, aut quomodolibet disponant.

Nos

Motus

Nos enim beneficiorum præfatorum collationes, prouisiones, aut quasuis alias dispositiones per eosdem factas, nullas, irritas, et inanes, nullumq; ius, aut titulū etiā coloratū, tam in petitorio, quam possessorio prouisis tribuere, ac ipsos sic prouisos ad eadem beneficia ecclesiastica obtinenda perpetuo inhabiles fore, et esse, Ac omnes et singulos Collatores præfatos, in collatione, prouisione, et dispoitione beneficiorum, in eorum manibus sic resignatorum, quouis prætextu etiam deuolutionis vacantium, se intromittere, nullatenus posse, beneficiaq; præfata, tanquam vere vacantia per nos, et Sedem Apostolicā et quosuis eorundem Collatorum in quorū manibus, cōtra huiusmodi nostram prohibitionem, resignationes, seu permutationes factę fuerint. Superiores, nullo alio deuolutionis ordine seruato, sed quod locus sit præuentioni conferri, et de ijs prouideri, ac disponi libere et licite posse, Et sic per quoscunq; Iudices etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, sublata eis, et eorū cuiuslibet quauis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, iudicari, et definiiri debere, ac irritū, et inane si secus super ijs à quoquā quauis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari, statuimus atq; decernimus. Nō obsta. constitutionibus, et ordinationibus apostolicis, et etiā iuramento cōfirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, et consuetudinibus, etiam immemorabilibus:

Proprij.

xlviij

bus, priuilegijs quoq; indultis, & lris apostolicis, quibusuis in genere, vel in specie quomodolibet cōcessis, confirmatis, & sæpius innouatis, quibus omnibus, etiam si de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica expressa, & indiuidua mentio habenda esset, eorum tenores, ac si de verbo ad verbum insererentur præsentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permāsuris, hac vice dūtaxat specialiter, & expresse derogam⁹, cæterisq; cōtrarijs quibuscunq;. Cæterum quia difficile foret præsentibus literas ad singula queq; loca, in quibus opus fuerit deferri: Volumus etiā ac decernimus, quod præsentium transumptis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius persone in dignitate ecclesiastica cōstitutę munitise adē prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si foret exhibitæ, vel ostensæ, quodq; literæ ipsę in Cancellaria Apostolica publicetur, ac oēs ita afficiāt, & arctent, ac si illis personaliter intimatę fuissent. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostrę prohibitionis, statuti, derogationis, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cōtraire. Si quis autē hoc attentare præsumserit, indignationē omnipotentis Dei, ac beatorū Petri, & Pauli Apostolorū eius se nouerit incurfurū. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Millesimo Quingétesimo Sexagesimo Septimo, Sexto

G Idus

Motus

Idus Augusti Pōtificatus Nostri Anno Secundo.

B. Cyrillus.

Visa de curia Alfonso de Auila. H. Cumyn.

Registrata in Secretaria Apostolica.

B. Cyrillus.

¶ Lectæ, & publicatæ fuerūt retroscriptæ literæ Romæ in Cancellaria Apostolica anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo Septimo Die vero Lunæ xvij. Mensis Augusti. Pōtificatus Sanctiss. D. N. D. Pij diuina p̄uidencia Papæ V. Anno Secundo.

A. Lomellinus Custos.

¶ **B V L L A S. D. N. D. P I I D I V I N A**
prouidentia Papæ Quinti super
Spolijs.

¶ **P I V S** Episcopus Seruus Seruorum Dei ad
perpetuam rei memoriam.

Romani Pontificis prouidentia circumspecta ad ea sollicitudinis suæ partes potissimum conuertit, per quæ singulis Ecclesijs debita obsequia, & opportuna subuentionis auxilia minime subtrahantur. Cum itaq; sicut accepimus, nonnulli Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, & Abbates, seu Commendatarij, ac alij beneficia Ecclesiastica obtinentes, proprii honoris, & salutis immemores, etiã prætextu facultatum testandi eis per sedē

Aposto-

Proprij.

I

Apostolicam cōcessarum, in eorum vltimis voluntatibus res sacras, ac vasa, ornamenta, & paramenta Ecclesiastica, aliaq; cultui diuino dicata quandoq; ex fructibus Ecclesiasticis per eos acquisita, nō Ecclesijs, & Monasterijs, ac beneficijs, quibus præfuerunt, seu à quibus proventus Ecclesiasticos, & stipendia acceperunt, prout rationi, & honestati consentaneum foret, sed alijs locis, etiam aliquando nō pijs, ac interdum eorū cōsanguineis, & affinibus relinquere, ac Camera Apostolicæ Collectores, prætextu quod illa sub appellatione spoliorum veniant, tanquam eiusdem Camera spolia exigere, & percipere nō erubescant in maximum Religionis dedecus, ac Ecclesiarum, Monasteriorum, & beneficiorum eorundē detrimentū, ac relinquendum animarum periculū scādaliq; plurimorum. Nos ab usibus scādali sq; hincōi prouidere ac singularū Ecclesiarū, & Monasteriorum, ac beneficiorū indemnitati, animarumq; quorūlibet salutis cōsulere volentes. Motu proprio, & ex certa sciētia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura cōstitutione statuimus, ordinamus, decernimus, & declaramus, quod de cetero omnia, & singula ornamenta, & paramenta, ac vasa necnon Missalia, & gradualia, ac Cantus firmi, & musicæ alijq; quomodolibet nuncupati libri, & aliæ res sacræ etiam auri, & argenti, ac quæcunq; alia bona per quoscūq; Patriarchas, Archiepiscopos, Episcopos,

G ij

Abbate

Motus

Abbatēs, seu Commendatarios, & alios quoscunq; quę-
cunque, & qualiacunq; beneficia Ecclesiastica, cum cura,
& sine cura, secularia, & quorumuis ordinum regularia
in titulum vel Cōmendam, aut alias quomodolibet ob-
tinētes quocunque nomine, vel titulo censeantur, etiā si
de illis, & eorū qualitatibus specialis, & expressa mentio,
habenda foret, ad vsum, & cultum diuinum, etiam in eo-
rum priuatis ædibus, & Capellis, vel oratorijs destinata tē-
pore eorum obitus ex testamento, vel ab intestato reli-
cta sub quibusuis facultatibus testandi, & alias disponen-
di de bonis per eos ex altari, vel alias quomodolibet ac-
quisitis per quoscunq; Romanū Pontifices prædecesso-
res, & successores nostros, ac nos sub quibusuis tenori-
bus, & formis, ac cū quibusuis clausulis, & decretis, etiā
Motu proprio, & alias quomodolibet cōcessis, & conce-
dendis minime cōprehendantur. Nec sub appellatione
spoliorum veniant, sed ad singulas Ecclesias, Monaste-
ria, etiam Cōuentu carentia, & beneficia, huiusmodi in
quibus resederint aut quibus præfuerint, seu quæ alias ob-
tinuerint omnino spectent, & pertineant, ac spectare, &
pertinere illaq; post eorum obitum eisdē Ecclesijs, Mona-
sterijs, & beneficijs, etiā si in Romana Curia, et procul ab
illis decesserint, vel ad illa nūquā accesserint, etiā si antea
Ecclesiarum, & Monasteriorum regimini cesserint, vel
beneficia huiusmodi renunciauerint eo ipso applicata, et
incorpo-

Proprij.

Ij

incorporata sint, & esse cēseantur. Ita quod liceat illis de-
functis in eisdē Ecclesijs, Monasterijs, & beneficijs succes-
soribus, ac Ecclesiarū, & Monasteriorū, huiusmodi Capitulis,
& Cōuentibus, respectiue illa propria auctoritate, libere
apprehendere, ac eorum Ecclesijs & Sacristijs applicare
& incorporare, ac quecunq; donationes, ac relicta, & le-
gata testamenta, & codicilli, & alię vltimæ voluntates,
seu spolia de super contra præsentis Cōstitutionis nostræ
tenorem quomodolibet pro tempore facta, quo ad præ-
missa nulla, & inualida nulliusq; roboris, & momēti exi-
stant, & personis, etiam Ecclesiasticis, seu locis, etiā pijs,
aut Ecclesiasticis alijs quibuscunque in quarum seu quo-
rum fauorem pro tempore facta fuerint minime suffragē-
tur, nec per ea eisdem personis, seu locis vel alijs Ecclesijs,
huiusmodi aliquod ius in rebus prædictis, vel ad illas acquiri
possit. Quinimo res sacras, ac alia bona prædicta quocū-
que nomine, vel titulo pro tempore detinentes ad illa Ec-
clesijs, & Monasterijs, ac beneficijs per defunctos quomo-
dolibet acquisitis, vt præfertur iuxta præsentium tenorē
realiter, & cum effectu restituendum, & cōsignandum,
quibusuis dispositionibus de illis in contrarium quo-
modolibet factis minime attentis, omnino teneantur, &
ad id per censuras & pænas, etiā furti, & sacrilegij ac alia
iuris, & facti remedia opportuna cogi & cōpelli possint,
& debeant. Et insuper ne deinceps contingat insolentia

G iij

spolio-

Motus

spoliorum Camere Apostolicæ Collectorum, vel Subcollectorum aliquas Ecclesias, nec hominū quemquā dāno, et iniuria affici, nec cuiquam de cetero vertatur in dubium, quę res habēdę sint nomine spolij, simili modo statuimus, decernimus, & declaramus, quod quęcūq; scamna cathedrę arcę, & etiā lignę, vel lapidę, etiam Marmoreę Mensę, & Tabulę ac quęcunq; dolia seu Vasa vinaria vacua, & alia similia suppellectilia domestica p quosuis presbyteros, seu clericos ac humanis pro tempore decentes, tempore eorum obitus in Ecclesijs seu eorum Domibus Ecclesiarum earundem vel alibi vbiuis locorū relicta, etiam si ex fructibus, & prouentibus beneficiorū quę dum viuerent obtinebant acquisita fuerint sub spoliolorum appellatione minime veniant, nec pro spolijs vllomodo reputari possint, præterea quod nullum spoliū Camere præfatę, fieri, nec quicquam à quibusuis spoliolorum Camere hmōi Collectoribus, vel Subcollectoribus exigi possit per obitum illius qui dum viueret, vnum vel plura beneficia Ecclesiastica obtinuerit, cuius vel quorū insimul fructus redditus & prouentus, Triginta ducatorum auri de Camera secundum communem æstimationem valorem Annum nō excederint: aut qui pensiones Annuas super quibusuis fructibus Ecclesiasticis vsque ad dictum valorem Annuatim perceperit, dummodo tamen is se ab omni illicita negociatione, & à sacris Canonibus

pro-

Proprii.

liij

prohibita abstinuerit: Ita quod si quis dictorum Collectorum aliquid ex bonis quorumuis defunctorum qui similia beneficia obtinuerint seu similes pensiones perceperint pretextu spoliolorum eiusdem Camere percipere aut alias contra presentes nostras literas, attentare presumpserit, ad totalem bonorum per eum perceptorum restitutionem teneatur ac ad id via iuris, etiam per similes censuras, & poenas cogi, & compelli possit, & debeat. Distriktius inhibentes quibusuis Camere præfatę spoliolorum Collectoribus nunc, & pro tempore existentibus, ne sub indignationis nostrę, & priuationis eorum officiorū pena in ornamentis, & paramentis ac Vasis, Libris præfato cultui diuino dicatis, ac alijs rebus sacris, necnon suppellectilibus præfatis quomodolibet se intromittant, nec in eorū Inuentarijs tanquā spolia redigant seu describant, sed ornamenta, & paramenta, necnon Vasa, & libros aliaq; diuino cultui dicata huiusmodi Ecclesijs, Monasterijs, Capellis, & alijs beneficijs huiusmodi eorumq; Rectoribus, et alijs præfatis libere dimittant, et consignent, ac consignari faciant, cum effectu. Ac suppellectilia prædicta in locis vbi constiterint relinquunt. Ac decernentes, sic in præmissis omnibus, et singulis per quoscunq; Iudices, et Commissarios, quauis auctoritate fungentes sublata eis, et eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et auctoritate iudicari, et diffiniri debere,

G iij

ac

Motus

ac irritum, et inane, quicquid secus super ijs à quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attentari. Quo circa dilectis filijs Curiaë causarum Camere Apostolicę generali Auditori, et singulis locorum ordinarijs, ac Maiorem dignitatem, post Pontificalem in vniuersis Ecclesijs Cathedralibus, et Metropolitanę. pro tēpore obtinentibus per Apostolica scripta, Motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorum presentes literas, et in eis contenta quęcunque vbi et quando opus fuerit, ac quotiens pro parte quorumcunq; in premiffis interesse habentium, vt præfertur fuerint requisiti solemniter publicantes eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes faciant auctoritate nostra presentes literas, et in eis cōtenta quęcunq; firmiter obseruari. Ac singulos quos literę ipsę concernunt illis pacifice gaudere. Nō permittentes eos desuper quomodolibet indubitemolestari. Contradiçtores auctoritate nostra appellatione postposita compescendo. Non obstantibus Apostolicis, ac in Prouincialibus, et Synodalibus Cōcilijs editis Generalibus, vel specialibus, Constitutionibus, et ordinationibus, necnon Ecclesiarum, et Monasteriorum, huiusmodi iuramento cōfirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et cōsuetudinibus facultatibus testandi, alijsq; priuilegijs indultis, et literis Apostolicis, quibusuis cōcessis approbatis, et innouatis etiã

sic de

Proprij.

liij

sic de illis eorūq; totis tenoribus specialis, & expressa mentio facienda esset, illorum tenores pro sufficienter expressis habentes illis in reliquis, in suo robore permanētibus ceterisq; contrarijs quibuscunque, volumus autem quod si aliquis ex Patriarchis, Episcopis, Abbatibus, seu Comendatarijs, & alijs beneficiatis, præfatis pluribus Ecclesijs, seu Monasterijs, pro tēpore simul, vel successiue præfuerit seu plura beneficia obtinuerit ornamenta, & paramenta, ac res & bona prædicta ad illa omnia habita ratione fructuum, & temporis quo eadem beneficia possedit omnino pertineant, & proportionabiliter inter ea diuidantur quodq; presentes literę in Cancellaria nostra Apostolica, & Acie Campi Florę, de more publicentur, & inter Constitutiones perpetuo valituras describantur: Et quia difficile foret presentes ad singula quęq; loca deferri, volumus & etiam declaramus earum Transumptis etiã impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati, vel alterius personę in dignitate Ecclesiastica constitutę sigillatis, eadem prorsus fides in iudicio, & extra adhibeatur quę eisdem presentibus adhiberetur, si forent exhibitę, vel ostensę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę ordinationis, statuti, decreti, declaramus, inhibitionis, mādati, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præsumpserit, indignationem omni-

potentis

Motus

potentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctū Petrū, Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo septimo. Tertio kal. Septembris Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius,

H. Cumyn.

Pro Dño Summista Ludouicus Ripa.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

¶ Anno à Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Seprimo Indictione Decima die vero decima octaua mensis Septembris Pont. S. in Christo patris, & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Pape V. Anno secundo, Retroscripte literę apostolicę affixę, & publicatę fuerunt in Cancellaria Apostolica, & ad illius ualvas, & in acie Campi Flore, ut est moris, dimissis ibidem presentibus literis per aliquantulum temporis spatium affixis, & deinde amoris per me Iulium Parinum, & Bartholomeum sottocasam prelibati sanctis. D. N. Pape Curf.

Christianus de Monte Magister Curf.

Bulla

Proprij.

liij

BULLA

CONFIRMATIONIS ET NOVÆ
CONCESSIONIS PRIVILEGIORVM
Omnium ordinum Mendicantium.

¶ CVM CERTIS DECLARATIONIBUS
Decretis, & Inhibitionibus Sanctis. D. N.
D. Pij Pape Quinti, Motu proprio.



¶ PIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei. Ad
perpetuam rei memoriam.

ETS I Mendicantiū ordines, qui sedulū in uinea Dñi
quotidie exhibere nō cessāt famulatū, summo semp
studio (etiā dū in minoribus essemus) amplexi sumus, ad
summi

Motus

summi tñ Apostolatus apicē (meritis licet imparibus) diuina fauēte clemētia assumpti, dū id mēte recolimus, face re nō possumus quin eos p̄pensiore charitate & paterno affectu amplectamur: ac exīde p̄ suis sanctis studijs, honestisq; laborib⁹, proq; salute animarū, ab Apostolica Sede (cuius cōtinue pacē & dignitatē Ordines ipsi fortiter tu rati sunt) tā spiritualia, q̄ tēporalia subsidia, ornamentaq; acceperūt, & accipiāt, quibus & sancta sua officia, ac vitā suā regularē facili⁹ atq; expeditius exequi et trāsfigere pos sint, et ceterę religiose p̄sonę, ordinesq; alij, exēplo ip̄sorū prōptiores, alacrioresq; ad sua officia p̄soluēda reddātur. Hinc est qđ nōs attēdētes, plerosq; ex venerabilib⁹ fratri b⁹ n̄ris Archiepiscopis, & Episcopis, qui eosdē ordines p̄cipue tanquā fructiferos in agro dñi palmites, et colere et adiuuare deberēt, nō solū id exequi negligere, verū ēt Cō cilij Trideñ. decretis in prauū sensū retortis, eos et eorum quēlibet varijs afficere incōmodis et p̄turbatiōib⁹, eorūq; priuilegijs nō modicū afferre grauamen conātur. Quidā enī Episcopi (vt accepim⁹) nolūt admittere quosdā regu lares ad prędicationē, et in suis Ecclesijs faciendā, quāuis de eorū habilitate ad hmōi opuse exercēdū, habeant bonū testimonium à suis superioribus. Alij vero volunt, vt ne dum semel, sed etiā pluries in anno corā ipsis, vel eorū Vi carijs Prędicatores pręsentētur, ac pro licentia prędicādi (quā nō nisi in scriptis dare volūt) aliqd quādoq; exigūt.

Alij

Proprij.

liij

Alij et Episcopi maximā regularib⁹ iniuriā irrogare vidē rur, dum pręter ordinē et veterem cōsuetudinē absq; vl la ratione quosdā rejciunt, & quosdā (pro eorum libito) admittunt ad prędicationem hmōi habendā in locis suę diocesis. Quorundā etiā locorū ordinarij, quosdam Re ligiosos probos viros, et idoneos (etiā à suis superioribus approbatos) ad cōfessiones audiēdas admittere nullo mo do volunt. Quidā ex eis volunt, non solum singulis annis sed etiā pluries in anno, in aliquibus partibus eosdē con fessores sibi pręsentari. In aliquibus vero oppidis tā Epif scopi seu eorū Vicarij, quā prębyteri Curati nolunt, vt fratres mendicantes vocati ad audiendas cōfessiones in firmorum (maxime si infirmitas est grauis) aut etiā fanō rū, in priuatis illorū domibus, vel alibi, pręterquā in suis Ecclesijs, aut Monasterijs possint accedere. Nōnulli etiā audent Cōfessores Monialium (qui pleno iure subsunt re gularibus) examinare, cū tamē id minime per concilium decernatur, sicut et de fratribus, qui sunt audituri cōfessio nes aliorū fratrum. Qui etiā in aliquibus partibus nitun tur asserere, seu facere, ne quisquā infra annū possit sacrā Eucharistiā in Ecclesijs mendicantiū recipere, neq; etiam moniales Tertiarias nuncupatas suorū ordinū (vt aliqui asserunt) in aliquibus partibus fieri, cum tamē solum in Paschate (quo ad seculares duntaxat) iuxta priuilegia sū morū Pontificū prędecessorū nostrorū eisdem ordinibus

con-

concessa id obseruari debeat. Alij vero Episcopi. seu eorū Vicarij audent ad eorū libitum dare licentiā quibuscunq; quæcunq; Monasteria Monialium etiā sanctę Clare ingrediendi, etiā si regulariū curę subdita sint. Quidā vero sub pretextu exquirēdi voluntates puellarum, ante professionē earum volunt eas extrahere a monasterijs, et per longū tēp^o alibi detinere, ipsasq; puellas seu novitias de plerisq; rebus interrogant, neq; necessarijs, neq; in decreto Concilij Tridentini de super cōtēptis, ex quibus nō modica potest oriri occasio scādali. Alij verō pleriq; noluerūt quosdā regulares aliarū diocesisum sacris ordinibus initiare: ac etiā a sui ordinis Prelatis approbatos admittere nolunt. Aliqui vero singulis dominicis diebus in suos Parochianos ad sonū campanę excōmunicationē promulgant, vt nō possint interesse missis, cōcionibus, & diuinis officijs, nisi in propria parochia. Alij vero ipsis prohibēt, vt omnino in alijs Ecclesijs (etiā requisiti) nō celebrēt. Alij vero in aliquibus partibus in eorū Ecclesijs cōciones sacre scripturę et sermones pro mortuis haberi nolunt: et si aliquid ipsis relictū fuerit, vt ab ipsis missę dicantur, vel alia officia pro mortuis celebrentur, ipsis sibi ea vsurpant, dicentes, quod ipsi ea exequi nō possunt, quis ipsi sunt pastores. Alij vero sub excōmunicationis latę sentētię, et exilij per decenniū a diocesi pæna, inhibuerunt, ne missę in eorū Ecclesijs celebrentur in diebus festiuis, antequam

rector

rector Parochialis Ecclesię celebrauerit. Alij etiā nolūt, vt dū prædicationē in Ecclesia Cathedrali habetur, alibi prædicetur. Ac insuper in quibusdā locis omnē ordinem & quietē perturbāt, dū cōtrouersias iam diu sopitas & extinctas super præcedētia excitarunt, & vbi nullę erāt, pepererunt, dum pro arbitrio et voluntate eorū hos illis præferre voluerunt. Quidā etiā Episcopi volunt regulares a cura animarū excludi, & illā solis presbyteris secularibus cōmitti. Quidā vero quartā funeralium extendere volūt et admissas, legata, & alia quæcunq;, quę domibus regulariū relinquūtur. Alij autē volūt quartā partē omnium, eorūq; etiā pro ornamento ecclesię palliorū, planetarū, cortinarū, pānorum, & eorum etiā q̄ pro victu fratrum relinquūtur. Aliqui etiā in quibusdā partibus etiā volunt, vt non solum ius sepulturę solui cōsuetum, quod semper soluitur, neq; denegatur, sed etiā omne illud, quod ecclesijs ordinū ad eorū libitum partes dant, quādo sepeliuntur ibi de defunctorū corpora, id totum curatis etiā de nouo soluiatur instāter conantur, impediētes ne aliter corpora defunctorū ad Monasteria fratrum deferantur, vnde in hoc maxime tā partes, quā ipsos fratres grauari cōtingit. Aliqui vero etiā ex locis Mendicantium, qui curam habēt animarū, volunt p̄ feminario decimas exigere, ac in casu remittentię etiā pignus exigunt. Alij autē præfatos fratres ac moniales sub eorū cura degentes subsidiū regiū persolue

re

re cogunt, cū multæ earundē monialium vix habeant p̄ earū victu & vestitu necessaria vitæ. Alij etiā in quibusdā partibus pauperes mēdicantes eleemosynas petere prohibent pro eorum dūtaxat sustentatione, & si inuenerint eos panē vel aliquid aliud simile amore Dei sibi collatum portantes, quādoq; ab eis auferre minatur, afficientes eos graui iniuria, & cōtumelia. Nōnulli vero Episcopi, vel capitula canonicorū, pauperes mendicātes tā fratres, quā moniales suorum ordinum, tam de redditibus bonorū si q̄ habent, quā de possessionibus, vineis, agris, & alijs suis bonis quibuscunq; nō solum largitione fidelium sibi cōcessis, sed et alias iustis de causis ab eis acquisitis ac pecunijs emptis, sibi decimas, ac primitias alijs respectiue soluere cogūt. Alij autē ausi sunt inquirere, & p̄cessus facere contra aliquos regulares, intra claustra delinquentes, vel de quorū delictis aliqua erat suspitio, nō expectata suorum superiorum censura. Alij vero Episcopi monialium monasteria ingredi & illa ingrediēdi licentias alijs cōcedere, & aduersus illas p̄cessus formare, ipsorum ordinum superioribus irrequisitis, p̄sumunt. Aliqui etiā dominum tēporale super moniales habere p̄tendunt. Nōnulli vero frequētissime regulares citant, & iurisdictioni suæ subijcere tentant, ac eorum cōuentū occupāt, ipsos expellendo, ac in ipsos iurisdictionē vel potestatiē exercent. Aliqui vero, ipsos carceribus (absq; causæ cognitione) mancipant, ac

mani-

manibus, pedibusq; laborāt, vt regulares mēdicantes suę ditioni subijciant, & vsq; adeo se intromiserūt in gubernatione conuentuum, & in correctionibus fratrum, vt Pro- uincialibus & Generalibus nullus amplius videatur reli- ctus locus, aut vlla iurisdictione. Aliqui autem conuentuū Priores, & Guardianos rationes & computa facere cum syndicis cōuentuum hmoi prohibent. Fratres quoq; qui ad Episcopos huiusmodi recursum habēt, à Prioribus & Guardianis p̄fatis castigari & puniri interdicitur. In- hibēt quoq; superioribus ordinū, ne faciāt p̄cessus cōtra fratres, ac in ipsos imperium, & brachium seculare exer- cēt. Alij vero, ipsos, extra claustra degentes sub eorū pro- tectione recipiunt, eosq; sic permanere permittunt, eosq; etiā inuitis suis superioribus detinēt. Aliqui vero, bonorū ipsorū fratrum tanquam ad eos (si extra claustra defuncti fuerint) spectantium, possessionem occupare p̄sumūt, & ad habitum religionis reuersis, sua bona cōsignare no- lunt. Ac etiā vniones à sede p̄dicta, aut alias rite factas de beneficijs Ecclesiasticis impediunt, & sibi relaxari de- bere volunt, & cōtradictores ex cōmunicationis gladio feriunt. Alij vero regulares campanas diebus festiuis pul- sare, vel eodē tēpore, quo ipsi celebrant, missas celebrare nolunt. Aliqui etiā pro licentia danda ædificādi quandā domum regularē, triginta vel quadraginta ducatos exige- re nō erubuerunt. Alij vero eos mortuorū corpora asso-

H

ciare,

Motus

ciare, alij autē illos cū Parocho similia munera subire non permittunt, nisi maior canonicorū pars interuenerit. Alij vero mortuorum officia in regulariū Ecclesijs peragi nolunt, nisi cū ipsorum præsentiā, & ipsorum moniales, vel alias personas, etiā si in earum funere Parochus interuenire nō deberet, sepelire prohibent, nisi ipsi Parocho prius certum quid solutū fuerit, & si aliquem ipsi sciuerint in regulariū Ecclesijs sepulturā elegisse, eum (vt dicitur) nō ante ad illas deferre sinunt, quā ad Parochi Ecclesiā delatū, inibiq; officium peractū fuerit. Postremo vero, testamēta sine præsbyterorū præsentiā fieri prohibēt, & si quid ipsis regularibus relictum fuerit, id asserentes contra Cōcilij Tridentini canones esse, reuocare omnino procurāt. Ac propterea volentes, prēmisis ac alijs similibus excessibus & grauaminibus, ex nostris pastoralis officij debito providere, attendētes et, illos, qui onus diei, & aestus tā in prædicationibus, quā in cæteris spiritualibus muneribus quotidie sustinēt, nisi etiā aliquantisper subleuentur, facile fore, vt oppressi, a suis officijs omnino desistāt, ne in posterū eis aliquod inferātur grauamen. Cōcilij Tridentini hmōi decreta quorū falsa, seu minus vera intelligentia prēmisis irrepserunt, quorūq; declaratio nō nisi ad nos spectat, modo & forma infra scriptis, declarādum cēsuimus. Nos igitur Motu proprio, nō ad alicuius instantiā, sed de mera deliberatione, & ex certa sciencia nostris ac de A

licæ

Proprij

lviiij

licæ potestatis plenitudine, declaramus Canonē Sessionis 24. cap. 4. per quem omnibus regularibus etiā in suorum ordinum Ecclesijs cōtradiciente Episcopo prædicationis officium interdicitur, medicantiū ordinū fratres hmōi quādo à suis Generalibus, vel eorū ministris Prouincialibus ad id deputati fuerint, nō cōprehendere, neq; eos afficere posse. Imo volumus quod in suis Ecclesijs quādo eis placuerit, licite, & absque vllō impedimēto, vel cōtradictione etiā Episcopi (nisi ipsæ prædicauerit) prædicare possit. Quod vero in Sessione 23. cap. 15. circa cōfessiones à regularibus nō audiendas statuitur, hoc etiā dictorū ordinū fratres, à præfatis suis Generalibus, vel ministris Prouincialibus ad audiēdas cōfessiones vtriusq; sexus Christifidelium approbatos (vt præmittitur) minime cōprehēdat: ita vt à cōfessionibus audiendis, tam intra eorū Ecclesias, & domos, quam extra minime prohibeātur, super hoc literas felicis recordationis Pauli Papæ iij. etiā prædecessoris nostri, cōcedentes eisdē fratribus medicantibus regularis obseruantiaē, posse confessiones seculariū personarū, etiā infirmarū, etiā extra domos, & monasteria sua, & vbilibet audire, approbādo & de nouo cōcedendo. Statuimus etiā quod ille qui semel in vna diœcesi admissus per Episcopū fuerit, semper in eadē diœcesi habeatur pro admissio, nec amplius examinari, vel presentari in dicta diœcesi debeat tā quoad prædicationes faciendas, quā quoad cōfessiones

H ij

audien-

audiendas, nec aliquid pro prædictis exigere vel recipere debeant. Cōfessores vero monialiū quæ degunt sub cura regulariū ab ordinario examinari nolumus, quæ admodū neq; etiā fratres si debeant audire cōfessiones aliorū fratrum examinari debēt. Lectores insuper ex eisdē fratribus, & in theologia graduati, qui cū licentia suorū superiorū ad gradū admisi fuerint, cū de ipsorū doctrina ambigendū nō sit, tā cōfessiones audituri, quā prædicationis munus subitari, ab Episcopis minime examinentur. Cumq; inhonestū sit, quælibet in alienā messem falcē iniicere, cumq; monialiū monasteria nō nisi de Episcopi vel superioris licētia, et in casibus necessarijs, aliquis ingredi præsumat, in Sessione 25. canon. 5. prohibetur: hoc tantū in illis monasterijs locū habere volumus, quæ ordinarijs ipsis pleno iure subsunt, in quibus in casibus necessarijs ipsi dare licentiā possint, & nō in alijs monasterijs. Ita ut in præfatis monasterijs quæ ordinarijs ipsis pleno iure nō subsunt, ipsi ordinarij illa ingredi nō possint, prout in regulis earū seu de iure statuitur: & eis aliquos processus aduersus moniales ipsas seu fratres hmōi, propter ea, seu alias ipsorū ordinū superiorib⁹ irrequisitis, quo quomodo formare, aut facere posse omnino prohibemus, ita ut aliquā iurisdictionē, seu aliud quodcunq; dominum in moniales & fratres hmōi, respectiue habere, exercere, aut exequi nullatenus possint aut debeant: imo illas & illos omnes, ab eorū superioritate

domi-

dominio, & iurisdictione, & potestate eximim⁹ & liberam⁹, prout eis cōcessum est per sua priuilegia à sede præfata obtenta: & ita præfata moniales, ac fratres sint exclusi à superioritate & iurisdictione ordinariorū respectiue hmōi, ut etiā in illarū, vel illorum syndicis, aut procuratorib⁹ deputadis, vel in disponendis illorū facultatibus, vel alia sibi nō cōpetentia facienda, vllatenus nō se intromittant: nec etiā ordinarij ipsi, regulares præfatos citare, & iurisdictioni suæ subijcere, ac eorū cōuentus occupare ipsos ab eis expellendo, ac in ipsos iurisdictionē aliquā & potestatē exercere (ut præmittitur) aut ipsos carceribus mancipare, & cōtra eos aliquid aliud facere possint ut suæ ditioni subijciatur: neq; etiā se intromittant vllō pacto aut aliqua ratione in gubernatione cōuentuū, tā fratrum, quā monialium hmōi, & illorū correctionib⁹, sed omnia ista, & alia necessaria ad correctionē, & gubernationē fratrum, aut monialiū hmōi, & eorū Generalibus, ac Ministris, seu Prouincialibus, vel alijs eorum aut earum respectiue superioribus, etiam ratione computa faciendi cum syndicis conuentuum huiusmodi, omnino relinquuntur, nec vllomodo in præmissis, & alijs, fratres & moniales huiusmodi tangentibus, ordinarij prædicti per se vel alios se intromittant. Fratres quoque si contigerit eos ad huiusmodi ordinarios recursum habere, à præfatis Generalibus ministris, seu Prouincialibus, Prioribus, Guardianis, & alijs suis superioribus casti-

H ij gari

Motus

gari & puniri posse, & debere: neq; ipsos ordinarios præfatis superioribus ordinū huiusmodi vllatenus inhibere, quinimo præfatos superiores processus cōtra fratres suos, & moniales huiusmodi, quando opus fuerit, circa delictorum inquisitionem, vel castigationem facere posse decernimus, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit auxilio brachij sæcularis. Inhibemus etiam ipsis ordinarijs, ne fratres extra claustra degentes, sub eorum protectione recipiant, eosq; inuitis suis superioribus detineant. Prohibemus quoq; eisdem ordinarijs, ne aliquo modo se intromittant in bonis dictorum fratrum extra claustra suorum monasteriorum pro tempore degentū, siue decedentium: & quamuis in habitu, siue absq; habitu moriatur, volumus quod eorum bona mobilia, & immobilia, ad ordinē quē professi sunt, pertineant disponenda, iuxta cōstitutiones seu ordinationes præfatorū ordinū: neq; illa ordinarij præfatio occupare præsumāt, imo hmoi & ad habitum religionis reuertentiū bona omnia monasterijs ipsis, cum ea quæ acquirunt monachus de iure monasterio acquirantur, pertinere etiā decernimus. Ac ipsis ordinarijs, ne quascūq; vniones etiam perpetuas à sede prædicta, vel alias vt præfertur hætenus factas, & pro tēpore faciendas de beneficijs Ecclesiasticis, seu illorum fructibus, quin suum sortiantur effectum impediant, omnino etiam prohibemus, & censuras Ecclesiasticas, & alias pœnas per eos in cōtradictō-

res

Proprij.

lx

res pro tempore latas, nullius esse roboris vel momenti, similiter decernimus & declaramus. Insuper volumus quod præfati regulares quibus cura animarum inest, possint per se ipsos iuxta suorum superiorum ordinationem, aut alios Vicarios, seu Capellanos sæculares ipsorum regularium nutu amouibiles, ab eis deputatos, & ab ordinario pro idoneis nominatos & approbatos præfatam curam exercere: neque in eorum deputatione, vel amotione, neque alicuius partis fructuum consignatione, pro præfatis Capellanis, seu Vicarijs sæcularibus, si per tales curam exerceri contigerit, Episcopi vlllo pacto se intromittant. Prohibemus insuper eisdem ordinarijs, ac alijs quibuscūq; personis, ne impediant ipsos fratres, quādo eis placuerit tam in diebus dominicis seu festiuis, aut alijs totius anni temporibus, campanas pulsare: & etiam tempore quo ipsi celebrauerint, missas celebrare: necnon mortuorum corpora associare, & illa per fratres ipsos quando in ecclesijs suis præfatis delata fuerint, etiam absq; presentia rectorum ecclesiarum huiusmodi sepeliri facere, ac officia mortuorum huiusmodi peragi posse: necessariamque presentiam rectorum, aut aliorum clericorum, quin infirmi libere sua possint concedere testamenta minime esse, ac ipsos regulares legata aut quauis alia sibi in testamentis relicta exigere & obtinere posse, neque aliquod ius in contrarium esse, decernimus & declaramus. Vo-

lumus

lumus

Motus

lumus etiam, quod puellarum Deo dicandarū, an scilicet coactæ vel seductæ fuerint examina faciendū, nō nisi infra quindecim dies, postquā iuxta Concilium Tridentinū Episcopi vel eorum Vicarij requisiti fuerint, fieri possit, quibus elapsis, amplius in hoc illis se intromittere nō liceat, cuius occasione nec Episcopus, nec eius Vicarius intra septa monasteriorū ingrediantur, sed stent ante cratē ferreā, & interrogationes alias, quā eas quæ præfatū Conciliū Trident. iubet, eis fieri omnino prohibemus: ac similiter volumus, quod puellæ seu nouitiæ ipsæ ad alias interrogationes respondere minime teneantur. Sessiois vero 23. ca. 8. neminē nisi à proprio Episcopo ordinari posse, statuens, in regularibus locum nō habere omnino declaramus, ita quod fratres huiusmodi præfatos etiā sacros ordines à quolibet Antistite gratiam & cōmunionē apostolicæ sedis habēte (ordinarij loci minime requisita licentia) in locis seu domibus fratrum huiusmodi aut alibi recipere possint. Et insuper Sessiois 22. decretū, per quod populū sæpe ad suas ecclesias saltem dominicis & maioribus festiuis diebus, cōuenire debere monet insequendo: volumus quod fratribus mendicantibus huiusmodi non solum prohiberi nō possit, ne missas & alia diuina officia faciant in eorū ecclesijs, verum etiā in quibuscūq; alijs vbi celebrari missas solitum est, etiā ipsis non vocatis, seu ad id requisitis, celebrare valeant: ac etiā quod cōciones & lectiōes sacrę scripturæ, & sermones p̄ mortuis,

etiam

Proprij.

Ixj

etiā in ecclesijs suis facere: ac eleemosynas pro celebradis huiusmodi missis, & alijs diuinis officijs peragēdis, si eis illas donari, seu relinqui cōtingat, recipere: nec nō missas, & diuina officia huiusmodi, etiā in diebus dominicis, vel festiuis, etiam antequā rector Parochialis ecclesię celebrauerit, celebrare & facere: & quādo eis videbitur, et si tunc in ecclesia cathedrali prædicetur, prædicare, ac etiā quicumq; vtriusq; sexus Christifideles, totius anni tēpore illas & illa in ecclesijs fratrum huiusmodi audire possint: ipsiq; Christifideles vllatenus desuper molestari aut impediri p̄ locorū ordinarios, seu rectores Parochialium ecclesiarū, aut alios quoscunq; vllō pacto, causa vel occasione non valeāt seu debeāt, sed præfati Christifideles audiēdo missas, & alia diuina officia in ecclesijs fratrum huiusmodi diebus dominicis, aut festiuis, præcepto ecclesię de illis audiēdis, satisfecisse censeantur. Ipsiq; Christifideles, sacramentū Eucharistię Resurrectionis dominicę festiuitate duntaxat excepta) sumere, eisq; illud per fratres huiusmodi administrari valeat, nec ad aliud faciēdum per locorum ordinarios, aut ecclesiarum rectores præfatos, seu alios quoscunq; (illorum licētia minime requisita) etiā sub censuris ecclesiasticis, & alijs poenis cogi vel cōpelli possint, seu debeant, etiā decernimus & declaramus. Et licet in Sessiois 25. cap. 12. caueatur, quod censuræ & interdicta ecclesiastica etiam à locorum ordinarijs promulgata mandante Episcopo, à regularibus in eorum ecclesijs publica-

ride-

ri debeant, tamen si tempore celebrationis alicuius ex Festis sanctorum ordinum eorundem, ac alias in alijs festiuitatibus iuxta eorundem ordinum priuilegia apostolica, interdictum huiusmodi emanauerit, illud in præfatis festiuitatibus & earum octauis suspendimus. Cōtrouersias autē omnes de præcedētia quæ eadem Sessione 25. cap. vero 13. per Episcopū terminari mandantur, non nisi durantes, p̄ illum dirimi, finitas autem, nullo pacto innouari posse statuimus. Cumq; licet cap. 11. Sessionis 25. statuatur, quod in dominibus virorum seu mulierum, quibus animarum personarum sæcularium cura imminet, nulli etiam ad nutū amouibiles, inibi deputentur, nisi de ordinarij cōsensu ac præuio examine huiusmodi præcedētes, ad curam huiusmodi admitti posse omnino volumus præfatos regulares. Quartam autem funeralium de qua Sessionis 25. cap. 13. nequaquam soluere teneantur monasteria, quæ à quadraginta annis citra fundata existunt, postquam Conciliū ipsum loquitur tantum de monasterijs ante annos quadraginta fundatis, quæ ipsam quartam soluere consueuerunt & ubi solui consueuit, id tantum cere, & aliorum quæ in aliquibus partibus deferri contigerit, tēpore quo defunctorum corpora ad sepulturam deferuntur, non autē de Missis, seu legatis, vel alijs fratribus ipsis seu monialibus huiusmodi relictis, aut alias quomodolibet donatis, solui debet. Sicq; intelligi Concilij decretum, quoad quar-

tana

tam hmoi soluendam debere decernimus. Vbi vero non est consuetudo soluendi quartā huiusmodi, de nullo supra scriptorū solui debere declaramus. Nec ad quartā seu aliā partem omnium eorum, quæ etiam pro ornamento ecclesiæ, palliorum, planetarum, cortinarū, pannorū, & aliorū quæ dictis ecclesijs relinqui vel dari cōtigerit, et si pro victu fratrum, aut alias relinquatur, aliquid cōtribuere teneantur. Ac etiā ius sepulture solui tantū consuetum curatis, & nō aliquid aliud eis solui debeat, quamuis partes ad earum libitum ecclesijs ordinum huiusmodi, seu eorum fratribus, alia quæcūq; tribuant, seu elemosynas largiatur quādo sepeliuntur ibidem corpora mortuorū hmoi, nec propterea impediri debeant, quin possit defunctorum corpora præfata ad eorū ecclesias tumulanda deferri facere. In honestū quoq; esse censentes. Mendicantiū ordines ad aliquorum onerum cōtributionē teneri, illos, illorumq; loca, etiā si curam animarū habeant, ac quæcunq; beneficia illis unita, ad contributionē pro seminario, aut decimarū aliquarū solutionē, imo illos, & eorum domos, monasteria, beneficia, & loca quæcunq; & ab illis quomodolibet dependentia, eorumque possessiones, vineas, agros, & prata: ac alia bona quæcunq; tam ad ipsos, quam ad moniales præfatas, etiam largitione fidelium, seu alias iustis de causis ab eis acquisita, ac pecunijs empta, vel alias quomodolibet pertinentiam minime teneri: illosq; & illas,

à qui-

à quibuscunq; decimis, primitijs, quartis, medijs, & alijs fructuum partibus, necnon subsidijs charitatiuis, etiã per nos concessis, ad quorumcunque etiam regum, principum, & dominorum temporalium instantiam, quacunq; etiam vrgentissima & de necessitate exprimenda causa, ac etiã alijs quibuscunq; oneribus, tam ordinarijs. quã extra ordinarijs: etiam ratione fructuum, olerum virgultorũ, lignorum, beneficiorũ, et aliarum quarumcunq; rerũ, tam pro victu, quã vestitu, aut alias sibi necessariarũ quomodolibet, etiam auctoritate apostolica, nunc et pro tempore impositis, ita vt poenitus et omnino ad alicuius rei contributionem minime teneantur, omnino eximimus, et liberamus, illosq; et illas, ad illos et illa, etiã si seculares et aliæ personæ quæcunq; in eas exigendi possessione fuerint, minime teneri debere volumus: nec sub cap. 12. Sessio- nis 25. comprehendendi posse vel debere decernimus. Quod vero de vsu quæstorum elemosynarum auferendo loquitur Sessio- nis 21. cap. 8. id ad Mendicantium ordines nullo modo referri posse vel debere etiam decernimus, quin potius cum elemosynis huiusmodi viuere cogantur, eis id facere liberum omnino esse declaramus. Quoniam vero ex nimia Episcoporum sibi irrogata auctoritate, ipsi personas regulares suæ iurisdictioni subijcere omnino student, ac decreto Concilij præfati Sessio- nis 25. capit. 14. edito, quo cauetur, quod si regularis intra claustra existens,

& extra

& extra ea, ita notorie deliquerit vt populo scandalosus sit, termino ab Episcopo præfigendo, à suo superiore omnino puniatur, sin minus ab ordinario delinquens puniri possit, confisi varijs indebitisq; grauaminibus regulares afficiant ordinarios præfatos aliquid contra regulares in claustris degentes hmõ quouis prætextu, occasione, vel causa innouare nõ posse vel debere: ne caliquos processus cõtra ipsas personas regulares formare aut facere posse volumus: nisi propter manifestũ scandalũ, & suorũ ordinum superioribus prius cõsultis, & negligētibus: alioquin omnia & singula cõtra præmissa facta & gesta, ac facienda in futurum, pro nullis & infectis habeantur. Licentias vero pro construēdis domibus regularibus, quæ 4. cap. 25. Sessio- nis, nisi de ordinarij licentia construi prohibetur, gratis omnino dari, & non nisi legitima subsistente causa (superioribus explicada) illas recusari posse, nec nõ fratres præfatos (etiam solos) mortuorũ corpora associare. Ac mandatũ in die cænæ Dñi fieri solitũ in ecclesijs seu domib⁹ fratrum cuiuslibet ordinis prædictorum, solēniter facere, & prædicta die prædicare hora qua eis videbitur: nec per locorũ ordinarios, aut rectores ecclesiarum, seu alios quoscunq; prohiberi posse et decernimus, & declaramus. Mandantes etiã vniuersis locorum ordinarijs, ne mortuorũ officia agere Rectores parochialium in ecclesijs ipsorũ fratrum (contra illorum voluntatē) permittat. Ac monia- les

Ies distis fratribus subditas, vel personas sepulturā in eorū ecclesijs eligentes (nulla soluta Parocho portione) sepelire, vel si fratres ad mortuorū corpora associanda vocati fuerint, illa absq; fratrum hmōi præsētia sepeliri facere audeant vel præsument. Cumq; maxime deceat, liberā esse cuiusvis testantis voluntatē, prauū illum vsum, paruo adhuc tēpore (vt præsertur) introductū, per quē testamenta absq; præsbyterorum præsētia fieri interduntur, omnino abrogamus. Postremo quod cap. 13. Sess. 25. cautū fuit, quod oēs scilicet tā clerici, quā regulares quicunq; ad publicas processiones vocati, accedere cōpellantur: id quo ad fratres præsatos de illis tantum processionibus intelligi volumus, ad quas secundū consuetudinē antiquā locorū, soliti sunt accedere: vel quę pro bono pacis ecclesię, vel pro victoria contra infideles indicuntur: quod etiā de illis conuentibus (qui collegia nuncupantur) minime intelligi volumus, in quibus fratres sub arctiori clausura degūt, ita vt nec in choro cantent, nec ad mortuos accedant: sed tantum studijs, & lectionibus vacent. Præterea si forte inter Episcopos, vel collegia, aut capitula, vel alias quasuis personas & præsatos fratres, seu moniales, aut eorū aliquos super præsatis vel aliquo eorum, corā quocunq; seu quibuscunq; iudicibus, etiā causarum palatij Apostolici Auditoribus, ac sanctę Romanę Ecclesię Cardinalibus, tā in Ro. Cu. quam extra eā, vbi libet lis, seu lites respectiue pēdeant:

deant: nos litē seu lites, & causam vel causas hmōi ad nos aduocamus, ac illā & illas, quarum statum ac nomina & cognomina iudicium & colligantium, præsētib; haberi volumus pro sufficienter expressis, cassamus, & extinguimus, ac partibus ipsis perpetuū silentium desuper imponimus. Ac insuper vt facilius præsmissa omnia illibata persistant, omnia & singula priuilegia, immunitates, indulgētias, facultates, libertates, indulta, dispensationes, fauores, & gratias, quę decretis Concilij Tridentini alias quā vt superius est dictum, concessum, & declaratū, non cōtrariantur expresse eisdē fratribus, nec non monialibus quibuscunq; & sororibus tertij ordinis præsatorum ordinū respectiue, ordinibus ac illorū ecclesijs, domibus, & personis, etiā viuę vocis oraculo in genere vel in especie, tam per recor. me. Eugenium iij. Sixtum iij. Leonem x. Paulū iij. ac dictum Paulum iij. & P iū etiā iij. quā alios quoscunq; Romanos Pōtifices etiā præsdecessores nostros ac nos, & sedē eandē quomodolibet concessā, confirmatā & innouatā: necnō nostras & præsdecessorū nostrorū, ac alias quascunq; desuper confectas literas, quarū omnium tenores ac eorundē præsdecessorū nostrorum nomina, & alia de necessitate exprimēda, ac si de verbo ad verbū (nihil penitus omisso) & forma in illis tradita obseruata, inserti forent, etiā præsētib; pro sufficienter expressis haberi volumus, auctoritate apostolica tenore præsentiū perpetuo

petuo approbamus, & confirmamus, illisq; perpetuæ & inuiolabilis firmitatis robur adijcimus, eaq; perpetuis futuris tēporibus inuiolabiliter obseruari debere, ac fratribus superioribus & personis ordinum hmōi, necnō alijs quibuscunq; quos illa concernunt, suffragari debere seu posse volumus. Necnon priuilegia, immunitates, facultates, libertates, indulta, dispensationes, exemptiones, fauores, & gratias, tam spirituales, quam tēporales, modo & forma quibus concessa sunt, etiam per viā communicationis & extensionis, actiue & passiue inter se, & alios quoscunq; ordines respectiue, de nouo cōcedimus: illaq; omnia et singula ad domos et loca quæcunq; dictorum Medicantium ordinum, et monialium quarumcunq; ac sororum de tertio ordine nuncupatarum in cōgregatione uiuentium dictorum ordinum (vt præfertur) hætenus recepta, et impofterum recipienda. Necnon eorum personas et bona, etiā si priuilegiorum et aliarum gratiarum præfatorū authentica originalia, propter temporis antiquitatem vel varias Urbis ruinas, deperdita existant (dūmodo de eis alias legitime constet) extendimus et ampliamus. Et sic in p̄missis omnib⁹ et singulis per quoscunq; iudices et personas quauis auctoritate fungentes, etiā Cardinales, et Auditores præfatos, sublata eis et eorum cuiilibet, quauis aliter iudicandi et interpretandi facultate et auctoritate, iudicari et diffiniri debere: necnon quicquid

secus

secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter vel ignoranter cōtigerit attentari, irritū & inane decernimus. Quo circa dilectis filijs nostro Prædicatorū Cardinali Protectori, & sancti Hieronymi Generali ordinum, ac curiæ causarū Camere Apostolicæ etiā Generali Auditori, nūc & pro tēpore existentibus, per Apostolica scripta motu simili mandamus, quatenus ipsi vel duo aut vnus eorū per se vel alium seu alios, præsentis literas & in eis cōtenta quæcunq;, vbi & quando opus fuerit, ac quoties pro parte eorundē fratrum aut monialū vel alicuius eorum fuerint desuper requisiti, solemniter publicantes, eisq; in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, faciant (auctoritate nostra) præsentis & in eis contenta hmōi firmiter obseruari, ac singulos quos literæ ipsæ cōcernunt, pacifice frui & gaudere: nō permittentes eos vel aliquē eorū desuper, cōtra præsentium tenorē per quoscunq; (etiā locorū ordinarios) quomodolibet indebite molestari, contradictores quoslibet & rebelles per cēsuras & pœnas ecclesiasticas, aliaq; opportuna iuris remedia (appellatione postposita) cōpescēdo, legitimisq; super his habendis, seruatis processibus, censuras & pœnas ipsas (etiā iteratis vicibus) aggravando, & interdictū ecclesiasticū apponēdo, inuocato etiā ad hoc (si opus fuerit) auxilio brachij secularis. Nō obstantibus præmissis & alijs apostolicis, necnō in prouincialibus & synodalibus Cōcilijs editis, generalibus vel specialibus

I consti-

Motus

constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ac etiã iuramento cõfirmatione apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & cõsuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis & literis Apostolicis eisdẽ Episcopis: vel quibusuis alijs personis sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cõ quibusuis etiã derogatorijs, alijsq; efficacioribus & insolitis clausulis, irritantibusq; & alijs decretis in genere vel in specie, etiã Motu simili, ac alias quomodolibet cõcessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiã si pro illorũ sufficienti derogatione de illis eorumq; totis tenoribus specialis specifica, expressã & indiuidua, nõ autẽ per clausulas generales idẽ importantes, mentio seu quæuis alia expressio habẽda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc seruanda foret, tenores hmõi ac si de verbo ad verbũ (nihil poenitus omisso) & forma in illis tradita obseruata, inserti forẽt, presentibus pro sufficienter expressis & insertis habẽtes, illis alias in suo robore permãsuris, hac vice dumtaxat specialiter & expresse derogamus. Nec nõ omnibus illis quæ in literis cõfirmationis, & innouationis priuilegiorũ eorundẽ, alias per eosdem Paulum iij. & Piũ etiã iij. prædecessores nostros prædictos, ordini fratrum Minorũ hmõi concessorum, concessum est, nõ obstare contrarijs quibuscunq; aut si locorum ordinarijs, vel quibusuis alijs cõmuniter vel diuisim ab Apostolica sit sede indultũ, quod interdici, suspendi, vel excõmunicari nõ possint

per

Proprij.

lxvj

per literas Apostolicas, non facientes plenã & expressam ac de verbo ad verbum de indulto hmõi mẽtionẽ. Et quia difficile foret, earundẽ præsentium literarum notitiam ad quascunq; personas peruenire, & vbiq; illas præsentare, etiã motu & scientia similibus volumus, & decernimus, quod transumptis earundẽ præsentium literarũ (etiã per impressionem factis) manu alicuius Notarij publici subscriptis, aut sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica cõstitutæ sigillatis, quemadmodum adhiberetur presentibus literis originalibus (si presentarẽtur vbiq;) adhibeatur tã in iudicio, quã extra illud, plena & indubitata fides. Nulli ergo omnino hominũ liceat, hãc paginã nostrẽ declarationis, prohibitionis, exẽptionis, liberationis, inhibitionis, auocationis, cassationis, extinctionis, impositionis, approbationis, cõfirmationis, adiectionis, cõcessionis, extensionis, ampliacionis, voluntatis, & derogationis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationẽ omnipotẽtis Dei, ac beatorũ Petri & Pauli apostolorũ eius se nouerit incursum. Dat. Romæ apud Sanctũ Petrum, Anno Incarnationis Dominicę 1567. decimo septimo Calen. Iulij. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumin.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

I ij

Breue

Motus

B R E V E

¶ SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI
Pij Papæ Quinti.

¶ Super declaratione Ordinum Mendicantium.

¶ PIVS PAPA V. Ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex, tam vniuersalis Christianæ, quã singularum eius Religionũ præcipuus defensor, omnibus illarum incõmodis pro sui pastoralis officij debito libenter occurrit, & eorum indemnitati salubribus, iuxta tẽporum, morumq; exigentiã, declarationibus & alijs remedijs cõsulere solet opportunis. Sane licet dilecti filij omnium Mendicantiũ ordinum fratres à cõtributione Seminarij Clericorum in qualibet Ciuitate iuxta eiusdem Concilij formã erigendi per Tridentini Concilij decreta eximãtur: Nosq; inter alia eisdem Mendicantiũ ordinum fratribus concessa priuilegia eos & eorũ quemlibet tãã Seminarij hmõi cõtributione quã subsidio quomodolibet, necnõ decimis quibuscunque, & certis alijs oneribus apostolica auctoritate similiter exemerimus, & liberauerimus, eosq; ad illorum omnium contributionẽ, nullo vnquã tempore cogi et cõpelli posse decreuerimus: Cum tamẽ, sicut non sine animi nostri molestia nuper accepimus, nonnulli locorum ordinarij, et forsan in Prouincialibus Concilijs, eo forsan sub prætextu, quod ordinum Mẽdicantium fratres
huius-

Proprij.

Ixvij

huiusmodi bona stabilia ex indulto seu dispensatione apostolica retinere possunt, & propterea Mendicantes re vera nõ sint, eos ad Seminarij subsidij, Decimarũ & aliorũ onerum hmõi contributionẽ cogere forsan præsumperũt, & in dies præsumunt, in graue ipsorum ordinũ grauamen, & præiudicium nõ modicum. Nos animo reuoluentes eos ex fructibus bonorũ huiusmodi varias Reipublicæ Christianæ utilitates afferre cum ex ipsis varios Magistros & Doctores manu teneant, ex quorum Doctrina ipsorũ fratres Nouitij eruditi postmodum effecti, gregem Dominicum prædicationibus suis, consilijs, confessionibus, orationibus, alijsq; innumeris pietatis operibus iuuet, & pascat: eorumq; domos non minus, imo magis, quam ea quæ per Ordinarios, erecta sunt Seminaria, vocari posse, & propterea Mẽdicantiũ nomen amittere nullo modo debere. Volentes idcirco omnem dubitandi materiã amputare, omnes & singulos Mendicantiũ ordinum fratres hmõi, ac eorum singulos à quibusuis excõmunicationis, suspensiois, & interdicti, alijsq; ecclesiasticis sententijs, censuris, & pænis à iure, vel ab homine quauis occasione vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existũt, ad effectũ presentium duntaxat consequendũ, harum serie absoluentes, & absolutos fore censentes, necnon quarumcunq; litium, & causarum coram quibusuis iudicibus, & vbicunq; quomodolibet pendentium status, & merita, nominaque &
I iij. cogno-

Motus

cognomina iudicium, & colligantium, necnon quorū-
cunque priuilegiorum, indultorum, exemptionem, & im-
munitatum eorundem ordinum Mendicantium fratribus
hactenus quomodolibet concessorum, tenores præsentibus
pro expressis habentes, lites quoque, & causas præfatas,
ut præfertur, pendentes, ad Nos harum serie auocantes,
illasque penitus extinguentes, & colligantibus huiusmodi
perpetuum super præmissis silentium imponentes. Motu proprio
non ad ipsorum fratrum vel alicuius eorum Nobis super hoc
oblatae petitionis instantiam, sed ex certa nostra scientia,
ac de apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulos
Quatuor Mendicantium Ordinum, v. g. Sancti Domini, & Sancti
Francisci, ac Eremitarum Sancti Augustini, necnon Carmelitarum,
et quos etiam recenserimus Seruorum Beatæ Mariæ nominibus
comprehensos fratres, eorumque domus, Monasteria, et loca,
etiã si in communi propria bona tam mobilia, quã immobilia,
et stabilia, ac alia quæcunque possederint Mendicantiũ
vocabulo, & omnibus, & singulis Mendicantiũ priuilegijs
eis quomodolibet concessis, uti posse, et debere, nec super
præmissis vllò vnquã tempore molestari posse auctoritate
apostolica per præsentem statuimus, & declaramus: ac tam
Concilij Tridentini, quam omnia, et singula alia decreta,
statuta, ordinationes, priuilegia, et iura de Mendicantibus
loquentia ad omnes, et singulos ordines

Proprij.

lxviiij

ines præfatos, eorumque domos, et loca, etiam propria
bona, in communi tamen retinentes, extendimus, et ampliamus,
illaque de illis loqui etiã auctoritate præfata per easdem
præsentem declaramus. Ac insuper eisdem Ordinarijs, et
quibusuis alijs tam ecclesiasticis, quã secularibus, quauis
auctoritate fungentibus, in virtute sanctæ obedientiæ, et
alijs arbitrio nostro moderãdis pænis similiter per præsentem
mandamus, ut si quid per eos tã nostro, quam prædecessoris
nostri temporibus, tam ratione Seminarij, subsidij, et
decimarũ, quam aliorum onerũ huiusmodi exactũ fuit,
id totum eisdem fratribus, omnimoda, & dilatione postpositis
restituant, districtius inhibentes eisdem locorum Ordinarijs,
cæterisque personis tã ecclesiasticis, quã secularibus, quauis
auctoritate fungentibus, et cuiusuis dignitatis, gradus, et
conditionis existentibus, ne eosdem Mendicantiũ ordinum
fratres præfatos, bona huiusmodi retinentes quouis prætextu
super Seminarij, subsidij, et decimarũ cõtributione molestare,
inquietare, vel perturbare audeãt, vel præsumant. Decernentes
quoque, præsentem literam nullo vnquã tempore de subreptionis,
vel obreptionis vitio, aut intentionis nostræ, vel quopiam alio
defectu notari, vel impugnari nullatenus posse, minusue sub
quibusuis similibus, vel dissimiliũ gratiarũ reuocationibus,
modificationibus, limitationibus, restrictionibus, et alijs cõtrarijs
dispositionibus, tam per Nos, quã etiam successores nostros

Motus

quomodolibet, ac cū quibusuis etiā derogatoriā deroga-
torijs, alijsq; efficacioribus, et insolitis clausulis, irritatibus
que decretis pro tēpore factis, et faciendis, quorūcunq; te-
norum existant includi, sed illis nō obstātibus in suis robo-
re et efficacia persistere, et quoties illæ emanabūt, toties in
pristinū statum restitutas, repositas, et plenarie reintegra-
tas, etiā sub Datum, etiā per ipsos eligenda de nouo cōces-
sas esse, et ita incōmutabilis voluntatis, et intentionis no-
strę esse: et ad hoc, vt perpetua firmitate subsistant, vim va-
lidi et efficacis contractus inter sedem Apostolicā, et prę-
fatorū ordinum Mendicantiū huiusmodi fratres habere
debere. Sicq; per quoscunq; Iudices, et Cōmissarios qua-
uis auctoritate fungentes, etiam causarum palatij apostoli-
ci Auditores, ac S. R. E. Card. sublata eis, et eorū cui libet,
quauis aliter iudicandi, et interpretandi facultate, et au-
toritate, iudicari debere: irritum quoque, et inane, quic-
quid secus super his à quoquā quauis auctoritate scienter,
vel ignoranter cōtigerit attentari. Quo circa dilectis filijs
Curix causarum Camere Apostolicę generali Auditori,
necnō quarumcunq; tam Cathedralium, quā Collegiata-
rum ecclesiarum Decanis, Prępositis, Archipresbyteris,
Archidiaconis, Thesaurarijs, et quibusuis alis in eisdē ec-
clesijs dignitates obtinentibus, vbi libet, & in quibuscūq;
Regionibus, terris, & locis existētibus per presentes Motu
simili mandamus, quatenus ipsi & eorum quilibet per se,
vel

Proprij

lxi

vel aliū, seu alios presentes literas, & in eis cōtenta quecūq;
vbi, & quando opus fuerit, ac quoties pro parte dictorum
fratrū, vel alicuius eorum fuerint requisiti solenniter pu-
blicantes, eisq; in pręmissis efficacis defensionis pręsidio as-
sistentes, faciant auctoritate nostra eosdē fratres, & eorum
singulos pręmissis omnibus pacifice frui, & gaudere, nō
permittentes eos, vel eorum quempiā super illis quomo-
dolibet indebite molestari. Cōtradiētores quoslibet, et re-
belles per sententias, cēsuras, & pānas ecclesiasticas, aliāq;
opportuna iuris & facti remedia appellatione postposita
compescendo. Et nihilominus legitimis super his habē-
dis seruatis processibus, sententias, censuras, & pānas ip-
sas etiā aggravando, inuocato etiā ad hoc, si opus fuerit,
auxilio brachij secularis. Non obstant. Fel. re. Bonifacij Pa-
pę viij. prędecessoris nostri de vna, & Cōcilij generalis de
duabus dietis, dummodo vltra tres dietas quis vigore prę-
sentium ad iudicium non extrahatur, & alijs apostolicis,
necnon in Prouincialibus, & Synodalibus Concilijs editis
specialibus vel generalibus cōstitution. & ordination. ac
quibusuis etiā iuramento cōfirmatione apostolica, vel qua-
uis firmitate alia roboratis statutis, & cōsuetudinibus, pri-
uilegijs quoq; indultis, & literis apostolicis sub quibuscū-
que tenoribus, & formis, ac cum quibusuis etiā derogato-
riarum derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clau-
sulis, irritatibusque, & alijs decretis in genere, vel in spe-
cie,

Motus

cie, etiam motu simili, & ex certa scientia, ac apostolicæ potestatis plenitudine, ac alias quomodolibet, etiam consistorialiter concessis, approbatis, confirmatis, & sæpius innouatis. Quibus omnibus etiam si de illis, illorumque totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum nihil penitus omisso & forma in illis tradita obseruata inserti forent, præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permansuris, hac vice dūtaxat specialiter, & expresse derogamus, contrarijs quibuscunque, aut si aliquibus cōmuniter, vel diuisim ab apostolica sit sede indultū, q̄ interdicti, suspēdi, velexcōmunicari nō possint, per literas apostolicas non facientes plenam & expressam, ac de verbo ad verbum de indulta huiusmodi. Volumus autem quod præsentium transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, aut alicuius prælati, vel in dignitate ecclesiastica constituti, sigillo munitis, eadem prorsus fides adhibeatur, que eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Quodque eadem præsentis in Valuis Cancellariæ apostolicæ, & Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, necnon in acie Campi Floræ per aliquem ex Cursoribus nostris publicentur, & inter Extrauagantes constitutiones perpetuo valituras conscribantur, ac postquã publicatæ fuerint, plenam, & indubiam fidem faciant:

necnon

Proprij.

lxx

necnon omnes & singulos illas concernentes perindeligent, ac si essent personaliter intimatæ.

Datum Romæ apud Sanctum Petrū sub Annulo Piscatoris Die Prima Octobris. M. D. LXVII. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Io. Alf. Naldi.

A. Calorius.

¶ Anno à Natiuitate Domini Millesimo Quingentesimo sexagesimo septimo, Indictione decima, Die vero decima sexta Mensis Octobris, Pontificatus Sanctissimi in Christo patris, & Domini nostri Domini. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti, Anno eius Secundo, retrospectaliter in forma Breuis affixæ, & publicatæ fuerunt in retrospectis locis, vt moris est, per me Alexandrū Astancollum præfati Sanctissimi D.N. Papæ Cursorem.

Idem Cursor.

Philibertus Chappius Magister Curs.

NOS Ludouicus miseratione diuina S. Rom. Eccl. præbyter Cardinalis Simonetta nuncupatus, tituli Sanctæ Anastasię, Viceprotector fratrum ordinis minoris Con. S. Francisci omnibus, & singulis præsens literarum Apostolicarum confessionis, declarationis, cōfirmationis, & voluntatis Sanctissimi D. Pij diuina prouiden-

Motus

uidentia Papæ Quinti, in fauorem Mendicantium, im-
pressum transumptum visuris, lecturis pariter & auditu-
ris, notum facimus, & in verbo veritatis attestamur, qua-
liter cū supradictis originalibus Apostolicis literis, quas
non cassas, non abolitas, nec in aliqua sui parte suspectas
vidimus, & cum præmissis transumpto auscultauimus,
concordat. In quorum omnium fidem, & testimonium
ad instantiam R. P. F. Magistri Antonij Posij à Monte
Cilicino ord. min. Con. Procuratoris in curia, has presen-
tes nostras attestationis literas etiã imprimi, & nostri so-
liti sigilli (quo in similibus vtitur) impressione cõmuniri,
& per Notarium infra scriptum subscribi fecimus.

Actum et Datum Romę, in ędibus nostris. Anno à
Natiuitate Domini 1568. Indictione decima, Die vero
3. Aprilis, Pontificatus eiusdem Sanctissimi D. N. Pij
Papæ Quinti Anno Tertio.

¶ EDICTVM SVPER DENVTIA
tione Clericorum, ac bireto Doctorum.

¶ Iacobus Miseratione diuina tt. Sanctę
Marię in Cosmedin Sanctę Romanę Eccle. Vic. Gen.
sic. presbyter Cardinalis Sabellus Sanctissi-
mi Domini Nostri Papę.)

Cum

Proprij.

lxxj

CVM aliàs ex auctoritate S. D. N. Papæ Viuæ vocis
Coraculo nobis concessa, quia difficile est propter mul-
titudinē eorum qui in urbem ex diuersis partibus cõueni-
re solent, clericos à laycis internoscere: Pręceperimus om-
nibus, & singulis clericis in sacris ordinib⁹ cõstitutis alijs-
que beneficia ecclesiastica, etiam simplicia obtineñ. qui in
Ro. Cu. morantur: vt infra decem dies tunc proximos, &
eis qui postea ad eandem Urbem venturi erant à die eorū
aduētus numeratū, deberēt, in curia nostra se sistere, & no-
mē, cognomen, patriam ordines, & beneficia profiteri li-
terasq; vt vocant dimissoria ostēdere. Qui autē eo gradu,
& conditione aliquē, vel hospitij, vel famulatus, aliaue cau-
sa domi haberent, vel essent in futurū habituri, illo de ea-
dē nostra lege præmonito, ad prænarratum tempus, & ad
eandem nostram Curiam deferre tenerentur, prout in no-
stris desuper confectis literis sub dat. die 20. Mensis Osto-
bris 1566. datis latius continetur: Et ne ij, qui ad almam
Urbem prædictam successiuē venient, & venerunt de eis-
dem nostris literis aliquam valeant ignorantia allegare:
Ideo iterum de nouo eadē auctoritate iubemus omnes et
singulos clericos in sacris ordinibus constitutos aliosq; be-
neficia ecclesiastica etiam simplicia obtineñ. in Ro. Cu.
cõmorantes, qui præmissa in nostris literis contēta non
obseruarunt ad decem dies ab harum literarū promulga-
tione, eos autē qui posthac eandē Urbem sunt ingressuri à

die

Motus

die eorū aduentus numerandos se in Curia nostra præfata, vt præfertur, sistere & nomē cognomē patriam ordines, & beneficia profiteri literasq; dimissoriales ostēdere: Qui autē aliquē ex prædictis clericis, hospitij, vel famulatus, aliaue, causa domi habēt, seu in futurum sunt habituri, illo de nostra hac lege præmonito, ad præstitutū tempus ad eandē Curiam nostram deferre. Alioquin qui præmissa non adimpleuerint vigintiinq; aureorū, & carceris, alia uē pœna arbitrio nostro irroganda punientur.

¶ Et quia vsu, & experientia cōpertum est laycos qui clericalibus vestibus vti consueuerunt, & vtuntur à clericis non posse internosci, quia leui, & modica differentia in bireti gestatione vtuntur.

¶ Eisdem auctoritate cōmissione, & mandato, & viue vocis oraculo nouissime nobis facto, monemus eosdē cōs laycoseisq; propterea præcipimus, & mādamus, vt infra decem dierum spatium à publicatione præsentium cōputant. biretum rotundū cum suis plicis quo omnes layci vtuntur deferant, Et qui præmissa nō adimpleuerint, vestium omnium, & indumentorum amissionē, necnō quinquaginta scutorū auri, & carceris aliaue arbitrio nostro imponē. pœnā incurrant: volumus autē, & decernimus vt his nostris literis in locis solitis publicatis, & affixis, ita eorū quoscunq; arctet executio, perinde ac si personaliter vnicuiq; intimata forent. In quorum fidem &c. Datum Romæ

in

Proprij

lxxij

in ædibus nostris die 30. Octobris 1567.

Alfonus Binarinus Vicegerens.

Simon Gugnetus Not.

¶ **B V L L A S. D. N. D. P I I D I V I N A**
prouidentia Papæ. V. super declaratione assignationum portionum Vicarijs in vnione Beneficiorum facieñ.

¶ **P I V S** Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

AD Exequendū Pastoralis officij debitum, vigilantibus studijs intendentes, ad ea, per quæ Cathedraliū & Collegiatarum, aliarum uē Ecclesiarum, necnō Monasteriorū, beneficiorū, seu Collegiorū, ac aliorum piorū locorum prospero profectui, diuiniq; cultus augmento, & opportuna congruāq; sustentationi parochialium ecclesiarum eisdem vnitarum statui sæliciter dirigendo, & personarū in illis curam animarum exercentiū utilitati recta ratione & prouida moderatione cōsuli, & salubriter prouideri valeat, libenter interponimus nostrę sollicitudinis partes. Hinc est quod nos, ad quorum aures (quod nō sine animi nostri molestia referimus) peruenit nōnullos ex venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, et Episcopis in deputadis Vicarijs, ac in assignatione portionum Vicarijs perpetuis parochialiū dictis ecclesijs, Monasterijs,

nafterijs, beneficijs, Collegijs, vel locis pijs perpetuo vnitarum ex Concilio Tridentino facienda, ita modū excessisse, vt parum, aut nihil ex fructibus, redditibus, et prouentibus parochialium ecclesiarum sic vnitarum ecclesijs, Monasterijs, beneficijs, Collegijs alijsue locis pijs remanserit, ob idq; multæ ortæ sint super hoc controuersia circa interpretationes decreti dicti Concilij. Nos ad eas tollendas animū intendentes, considerantesq; vniones ipsas ideō à prædecessoribus nostris factas esse, vt ex redditibus, et emolumentis beneficiorum vnitorum Ecclesijs, Monasterijs, Collegijs, beneficijs, et locis pijs, quibus illa vniuntur, facilius onera eisdem incumbentia supportentur, et pròptius à Ministris ecclesiasticis in eisdem diuina officia celebrentur, Hospitalitas seruetur, aliaq; charitatis opera exerceantur, ac etiā vt nihilominus cura animarū dictarū parochialium laudabiliter exercetur: Motu proprio, et ex certa nostra sciētia auctoritate apostolica hac nostra perpetuo valitura Constitutione statuimus, et ordinamus, ac declaramus, quemadmodū etiā de ipsius Concilij mente fuisse colligimus, Patriarchas, Archiepiscopos, et Episcopos præfatos in assignatione portionis ipsis Vicarijs perpetuis ex prædicto Concilio ipsorum Prælatorū arbitrio faciēda ita se cōtinere et arbitrari debere, vt non maior Centū, nec minor Quinquaginta Scutorum annorum summa computatis omnibus etiam incertis emolumentis, et alijs ob-

uentio-

obuentionibus cōmuniter percipi solitis eis omnino assignetur: nisi Vicarijs tēporarijs solitum fuisset plus assignari siue in quantitate, aut quota fructuum, pecuniaq; numerata, fundo, seu alia restabili portio hmoi constituat, cuiuscūq; valoris parochialis ecclesia vnita fuerit, et habita et ratione reddituum, et onerū loci, cui parochialis ipsa vnita fuerit, ita q; portiones vltra, vel infra dictas summas scutorū Centū, & scutorū Quinquaginta hætenus assignatæ, vel in posterū forsan assignandæ quoad excessum, & defectū hmoi nullius roboris, & momēti existant, & ad summas prædictas reductæ & auctæ respectiue censeantur, nisi tamē valor annuus ipsius parochialis vnitæ habita ratione (vt præfertur) minor sit Quinquaginta scutis, quo casu portio assignata, vel assignanda Vicario perpetuo nō debeat excedere summā annuā valoris dictæ parochialis, sed sufficiat quod omnes fructus eius duntaxat attribuantur ipsi Vicario perpetuo. Et quoniam iniquum esset, eos qui cōmodis priuantur, eadem onera quæ prius sustinebant debere sufferre, Volumus, & statuimus quod Ecclesiæ Monasteria, Collegia, beneficia, & pia loca huiusmodi, in quorum parochialibus ecclesijs vnitis continget Vicarias prædictas erigi, pro quantitatibus fructum ipsis Vicarijs perpetuis assignatorum, ad solutionē Quindenniorum, quæ nobis & Cameræ Apostolicæ soluunt, vltius non teneantur, sed eis detractio fiat ad ratam certorum quæ de fructi-

K

bus

Motus

bus dictarum parochialium percipiuntur. Ita tamen quod Vicarij perpetui, qui pro tempore deputabuntur, teneantur accipere à Sede Apostolica nouam prouisionem suam deputationis, & soluere Annatam pro portione fructuum, reddituum, & prouentuum certorum sibi assignata, & expedire literas apostolicas, nec alias ad possessionem dictarum Vicariarum perpetuarum, & seruitium earundem parochialium admitti possint, nisi soluta Annata, & expeditis literis apostolicis noue prouisionis, ut prefertur. Alioquin integrum Quindennium solui debere nec Vicarij predicti antea tuto conscientia fructus percipere possint. Volumus insuper & ita mandamus quod dicti Vicarij perpetui non ad liberam ordinariorum electionem, sed ad nominationem illorum, in quorum ecclesijs unitis ponentur, cum ipsorum ordinariorum, seu eorum Vicariorum prouiso examine approbatione deputentur. Et si dictae parochiales unitae erunt Monasterijs Regularium Mendicantium, possint à Superioribus dictorum Monasteriorum nominari ex ipsis Mendicantibus, quos si ordinarij prouiso examine per se, aut eorum Vicarios faciēdo idoneos ad curam animarum exercendam inuenerint, & ita pro idoneis approbauerint, teneantur in Vicarios ad nutum tamen superiorum suorum amouibiles deputare. Idemque, etiam seruetur in Regularibus Monachis tantum, dummodo in ea parochiali, in qua vnus ex eis Monachis fuerit seruata forma predicta Vicarius deputatus, ha-

bitent

Proprij.

Ixxiiij

bitent cum eo saltem quatuor alij ex dictis Monachis. Sicque per quoscumque Iudices quauis auctoritate fungentes, sublata eis, & eorum cuilibet quouis aliter iudicandi, & interpretandi potestate, iudicari, & interpretari debere, Nec non irritum, & inane decernimus quicquid secus à quoua quauis auctoritate attentatum forsitan est haecenus vel in posterum contigerit attentari. Non obstantibus Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscumque. Volumus autem quod praesentes literae in Cancellaria nostra apostolica, & ad Valuas Principis Apostolorum de Vrbede more publicentur, & inter Constitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret eas ad singula quaeque loca deferri quod earum Transumptis etiam impressis manu alicuius Notarij subscriptis, & Sigillo alicuius Praelati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quae praesentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostense. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae ordinationis, declarationis, statuti, mandati, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit indignationem omnipotentis, Dei, ac Beatorum Petri & Pauli apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicae 1567. kl. Nouembris. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius,

H. Cumyn.

K ij

Anno

Motus

¶ Anno à Natiuitate Domini Nostri Iesu Christi 1567. Indictione decima die vero decima quinta Mensis Nouēbris Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papę Quinti Anno eius Secundo, Retroscriptę literę Apostolicę affixę, & publicatę fuerunt ad valuas Basilicę Principis apostolorum de vrbe, & Cancellarię Apostolicę ibidem dimissis copijs affixis per nos Ioan. Andream Rogerium, et Antoniũ Clerici Cursores Apostolicas.

Ioannes Guerardi Magister Curs.
Registrata apud Cęsarem Secretarium.

¶ **B V L L A S. D. N. PII P A P A E V.**
super prohibitione agitationis Taurorum & Ferarum, & annullatione votorum & iuramentorum, super eisdem pro tempore interpositorum.

¶ Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei Ad perpetuam rei memoriam.

DE Salute gregis Dominici nostrę Curie diuina dispensatione crediti, prout ex debito Pastoralis officij astringimur, solícite cogitantes, fideles cunctos gregis eiusdem ab imminentibus corporum periculis etiã animarũ pernicie perpetuo arcere studemus. Sanè licet detestabilis Duellorum vsus à diabolo introductus, vt cruenta corporum

Proprij

lxxv

porum morte animarum etiã perniciem laeretur, ex decreto Concilij Tridentini prohibitus fuerit: Nihilominus ad huc in plerisq; Ciuitatibus, & alijs locis, quõ plurimi ad ostentationem virium suarum & audacię, in publicis priuatissq; spectaculis, cū Tauris, & alijs feris bestijs congregari nõ cessant: vnde etiã hominum mortes, mēbrorũ mutilationes, animarumq; pericula frequenter oriuntur. Nos igitur cõsiderantes hęc spectacula, vbi Tauri, & Ferrę in circo vel foro agitãtur, à pietate, & charitate Christiana aliena esse, ac volētes hęc cruenta turpiaq; demonũ & nõ hominũ spectacula aboleri, & animarũ salutem quantum cum Deo possumus prouidere, Omnibus & singulis Principibus Christianis quacunq; tã ecclesiastica, quam mundana etiã Imperiali, Regia, vel quauis alia dignitate fulgētibus, quouis nomine nũcupentur, vel quibusuis Cõmunitatib⁹ & Rebus publicis, hac perpetuo nostra Cõsuetudine valitura sub excõmunicationis, & anathematis pœnis ipso facto incurredis, prohibemus & interdiciamus, ne in suis Prouincijs, Ciuitatibus, Terris, Oppidis, & locis, hmõi spectacula, vbi Taurorũ aliarumq; ferarum bestiarũ agitationes exercentur, fieri permittãt. Militibus quoque ceterisq; alijs personis, ne cū Tauris & alijs bestijs in prefatis spectaculis, ipsi tã pedestres, quam equestres congregari audeant, interdiciamus. Quod si quis eorum ibi mortuus fuerit ecclesiastica careat sepultura. Clericis quoque tam

K iij Regu-

Motus

Regularibus, quam Sæcularibus beneficia ecclesiastica obtinentibus, vel in Sacris Ordinibus constitutis sub excommunicationis pœna, ne eisdem spectaculis intersint, similiter prohibemus. Omnesq; obligationes, iuramenta & vota, a quibusuis psonis, Vniuersitate vel Collegio de hmõï Taurorum agitatione, etiã vt ipsi falso arbitrantur, in honorẽ Sanctorum, seu quarumuis ecclesiasticarũ solennitatum, & festiuitatum (quæ diuinis laudibus spiritualibus gaudijs, pijsque operibus, non huiusmodi ludis celebrari, & honorari debent) hactenus factas, & facta, seu in futurũ fienda, (quæ & quas omnino prohibemus) cassamus & annullamus: ac p cassis, nullis, et irritis haberi perpetuo decernimus, atque declaramus. Mandamus autem omnibus Principibus Comitibus, et Baronibus S. R. E. feudatarijs, sub pœna priuationis feudorum, quæ ab ipsa Ecclesia Romana obtinẽt: Reliquos vero Principes Christianos, et Terrarum dominos prædictos hortamur in Domino, et in virtute sanctæ obedientiæ mandamus, vt pro diuini nominis reuerentia et honore, præmissa omnia in suis dominijs, ac Terris huiusmodi exactissime seruari faciant, vberrimam ab ipso Deo mercedem tã boni operis recepturi: Ac vniuersis venerabilibus fratribus Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, et Episcopis, alijsq; locorũ ordinarijs in virtute sanctæ obedientiæ, sub obtestatione diuini iudicij, et interminatione maledictionis æternæ,
quate-

Proprij.

lxxvj

quatenus in Ciuitatibus, et dioec. proprijs p̄sentes nostras literas sufficienter publicari faciãt, et præmissa etiã sub pœnis, et censuris ecclesiasticis obseruari procurẽt. Nõ obstãtibus quibusuis cõstitutionibus, et ordinationibus Apostolicis, ac exemptionibus, priuilegijs, indultis, facultatibº, et literis Apostolicis, quibusuis personis cuiuscũq; qualitatis et cõditionis existẽtibus, sub quibuscunq; tenoribus, et formis, ac cũ quibusuis ẽt derogatoriã derogatorijs, alijsq; efficacioribus, et insolitis clausulis, necnon irritantibus, et alijs decretis in genere, vel in specie, etiã Motu proprio, ac alias quomodolibet cõcessis, approbatis, et innouatis. Quibus, illorũ tenores præsentibus pro expressis habentes, specialiter, et expresse derogamus, ceterisq; cõtrarijs quibuscunq;. Volumus autẽ quod præsentis literæ in Cancellaria nostra Apostolica, et acie Campi Flore de more publicentur, et inter cõstitutiones perpetuo valituras describãtur, et earũ Transumptis etiã impressis, manu alicuius Notarij publici subscriptis, et sigillo, alicuius Prælati munitis eadẽ prorsus fides vbiq; adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginã nostræ prohibitionis, interdicti, cassationis, annullationis, decreti, declarationis, mandati, hortationis, derogationis, et volũtatis infringere, velei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare præsumperit, indignationem omnipotẽ-

Motus

tie Dei, ac beatorum Petri, et Pauli Apostolorum eius se-
nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Pe-
trum Anno Incarnationis Dominicæ 1567. kal. Nouē-
bris, Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

¶ Anno à Natiuitate Domini Millesimo Quingentesi-
mo Sexagesimo septimo, Indictione decima die vero de-
cima quinta Mensis Nouembris Pontificatus Sanctissimi
D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ Quinti Anno eius
Secundo, Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ, et publi-
catæ fuerunt ad Valuas Cæcellariæ Apostolicæ, et in Acie
Campi Floræ ibidem dimissis copijs affixis per nos Anto-
nium Clerici, & Ioan. Andream Rogerium Præfati San-
ctissimi D. N. Papæ Cursores.

Ioannes Guerardus Magister Curs.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

¶ **B V L L I A S. D. N. P I I D I V I N A**
prouidentia Papæ V. Relaxationis prohibitionis de
non admittendis Resignationibus per Or-
dinarios, cum modificationibus.

P I V S Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad
perpetuam rei memoriam.

Quanta Ecclesiæ Dei incômoda omni tēpore attu-
lerit, & nūc quotidie magis afferat ministrorū

in

Proprij.

Ixxvij

in eâ ingressio vitiosa, iâ late perspiciât, & cū mœ rore ex-
pendât. Præsules oēs & pastores, quâdo hæc pernicies cæte-
rarū omniū maxima, tã multas orbis Ecclesias impie viola-
rit. Quia verò hoc malū cū in cæteris frequens, tū maximè
in beneficiorum, & officiorū ecclesiasticorū dimissioe ad-
mittitur, nemini molestū esse debet quod pridem de repri-
mendis quotidianis fraudibus quæ hac in re frequentiores
internoscuntur, certâ aliquâ rationē tandē in tūri officij no-
stri partes in prohibēda omnibus interim resignationum
hūmōi receptioe paulo seuerius interposuerimus, omnesq;
beneficiorū interim resignandorū dispositiones quæ fierēt
in irritū reuocauerimus, ac etiâ decreuerim⁹ nullū per eas
in illis ius, neq; titulū, vel coloratū, tam in petitorio, quàm
in possessorio ipsis prouisis tribuere, quin etiam eos ad illa
deinceps obtinēda perpetuo inhabiles fore, collatores ve-
rò alias in illorū dispositione etiâ tanquā deuolutionis iure
se se interponere non posse: sed de eis vt vere vacatibus, si-
ue per Romanū Pontificē, siue alios collatorū eorundē su-
periores, vti præuentū esset, libere prouideri. Nunc autem
intendentes institutum hoc nostrū, quo sanctuarium Do-
mini cupimus illibatum auctore Domino persequi, ac si-
mul quantum in nobis est cauere ne resignationes ipse de
hinc pro cuiusq; arbitrio, nullisq; vel certe leuibus causis
passim, & temere admittantur. Prohibitionē, & alia præ-
dicta ac cætera oīa nostras super his literis cōrenta catenus
relaxamus

Motus

relaxamus, vt posthac Episcopi, & alij facultatē habentes eorum duntaxat resignationes recipere, & admittere possint, qui aut senio confecti, aut valetudinarij, aut corpore impediti, vel vitiatī, aut crimini obnoxij, censurisq; ecclesiasticis irretiti, aut nequeunt, aut non debent ecclesię, vel beneficio inferuire, seu qui vnum aliud vel plura beneficia obtinuerint, vel quos ad aliud cōtigerit promoueri, Religionē quoq; ingressuri, vel matrimoniū cōtracturi, si statim postea id re ipsa exequantur: denique cum quis ex alijs casibus acciderit, qui constitutione foelicis recordationis innocentij Papę iij. de dimittendis cathedralibus ecclesijs, edita continentur. Qui etiā ob capitales inimicitias nequeunt vel nō audent in loco beneficij residere securi, sed nec horum vllus sacro ordini mancipatus, nisi religionem ingressurus valeat vllō modo beneficium, vel officium ecclesiasticū resignare, nisi aliunde ei sit quo in vita possit commode sustentari. Ad hęc beneficiorum, & officiorum permutationes admittere, quę canonicis sanctionibus, & apostolicis cōstitutionibus permittūtur. Caueāt autē Episcopi, & alij prædicti itemq; omnes electores: presentatores, & patroni tã ecclesiastici, quàm laici quicunq; sint, ne verbo quidem, aut nuto vel signo futuri in huiusmodi beneficijs, & officijs successores ab ipsis resignantibus, aut alijs eorum significatione vel hortatu designētur, aut de his assumendis promissio inter eos, vel etiā intentio
qualif

Proprij.

Ixxviiij

qualiscunq; intercedat. Cæterum præcipimus, atq; interdici^o, ne ipsi Episcopi, aut alij collatores de beneficijs & officijs resignandis prædictis, aut suis, aut dimittentiū cōsanguineis, affinibus, vel familiaribus etiam per fallacē circuitū multiplicatarū in extraneos collationum, audeāt prouidere, quod si secus, ac etiam quicquid præter vel contra formam prædictorū fuerit à quocunq; temere attentatum, id totum ex nunc vires, & effectum decernimus non habere. Qui verò contra fecerint, vt in eo quo deliquerint puniantur, à beneficiorum, & officiorum collatione, necnō electione, præsentatione, cōfirmatione, & institutione prout cuiq; competierit, tandiu suspensi remaneant, donec remissionem à Romano Pontifice meruerint obtinere, & qui talia beneficia seu officia receperint eos, prædictis pœnis volumus subiacere. Et nihilominus in eos qui sic suspensi conferre, eligere, præsentare, confirmare, vel instituere ausi fuerint, excōmunicato inis quo ad personas, quo verò ad capitula, & cōuentus à diuinis suspensionis sententias ipso facto promulgamus: quibus etiā nullus alius quam ipse Romanus Pontifex, siue absolutionis, siue relaxationis gratiā (excepto mortis articulo) valeat impertiri. Prohibitione, & literis nostris prædictis nihilominus in ceteris omnibus perpetuo valituris. Non obstantibus quibuscūq; privilegijs, indulgētijs, & literis apostolicis generalibus, & specialibus quibuscunq; Episcopis,
& alijs

Motus

& alijs superioribus, ac inferioribus ecclesiarum praelatis, necnō Ecclesijs, Monasterijs, Capitulis, Cōuentibus. Collegijs, & vniuersitatibus eorumq;,, & alijs personis etiā Regia & Imperiali maiestate p̄dicitis sub quacunque verborum forma, & conceptione concessis, p̄er quæ effectus p̄sentium impediri posset quomodocunque vel differri, etiā si de eis ipsorumque totis tenoribus ad verbum, ac de proprijs nominibus eorum, necnō Ecclesijs, Monasterijs, locis ordinibus, & dignitatibus quibus necnō causis propter quas illa concessa sunt, specialem, & expressam p̄sentibus fieri oporteret mentionē. Ceterum iubemus easdem p̄sentes ad valuas Basilicę Principis Apostolorum de vrbe, & in acie Campi florę publicari, & earū exempla affigi: volumusq; eas sic publicatas omnes & singulos perinde afficere, & obligare, ac si illis ipsis fuissent singulariter intimatę: Exemplis quoque p̄dictis etiam impressis, manuq; Notarij publici, & sigillo p̄latis ecclesiastici vel eius curię ob signatis, eandem prorsus fidem adhiberi, quę ipsis p̄sentibus si forent exhibitę vel ostensę. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę relaxationis, p̄cepti, interdicti, decreti, promulgationis, iusionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare p̄sumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Datum

Proprij.

Ixxix

Datum Romę apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, kl. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio.
Cæsar Glorierius.

H. Cumyn.

¶ Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo: Indictione vndecima, die vero decima mensis Aprilis, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papę Quinti. Anno Tertio, retrospectę literę Apostolicę affixę, et publicatę fuerunt ad valuas Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi florę dimissis ibidē eorū dē exemplis affixis per nos Iuliu Parinum, & Io. Andrea Panizzam p̄alibati sanctissimi D. N. Papę Cursores.

Bartholomæus Sotto casa Magister Cursorum.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

¶ **B V L L A S. D. N. D. PII DIVINA**
prouidentia Papę quinti super deponendis fructibus,
& distributionibus beneficiorum ecclesiarum
sticorum lite pendente.

¶ Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei *Ad*
petpetuam rei memoriam.

COrdi nobis est lites minuere, & à laboribus subditos,
maxime personas ecclesiasticas diuino cultui dedi-
tas,

Motus

tas, releuare. Sane cū (sicut accepimus) in plerisq; Cathedralibus, & Collegiatis Ecclesijs earum cōstitutionibus, & statutis etiam à sede apostolica approbatis, & confirmatis cautum sit, quod occurrentibus litibus, & controuersijs inter prouisos de dignitatibus, officijs, canonicatibus, & prębendis, portionibus, & pręstimonijs cęterisq; beneficijs ecclesiasticis qualitercūq; qualificatis, tam ordinaria, quā apostolica auctoritate tam super illorum prouisione, seu institutione, aut possessione, quam illorum idoneitate, & habilitate, aut alias ex quauis causa, & earundē ad dignitates, canonicatus, & prębendas, cęteraque beneficia ecclesiastica prędicta admissione, & receptione, & capitulum, & canonicos, cęterasque capitulares personas ad quos admissio, & receptio tam de iure, quam ex consuetudine spectat, & pertinet, aut etiam alias personas ecclesiasticas asserentes beneficia prędicta ad se de iure spectare, ipsi sic prouisi interim beneficiorum huiusmodi fructus, ac distributiones non percipiant, sed capitulum, & canonici illas vel in suos usus, & utilitatem conuertendas, seu restituendas ei, cui de iure restituendę erunt, recipiant, prout in dictis constitutionibus, & statutis, seu consuetudinibus continetur, quo factum est vt lites huiusmodi immortales efficiantur, nec earum optatus finis videri possit. Hinc est quod nos hac nostra perpetuo valitura constitutione auctoritate apostolica statuim⁹, atq; decernimus, quod fru-

ctus

Proprij.

Ixxx

ctus, redditus, & prouentus, ac distributiones, cęteraque emolumenta, quę vigore constitutionum, consuetudinū, & statutorum prędictorum à capitulo, & canonicis recipienda (vt pręmittitur) erant, amplius non ab eisdē capitulo, & canonicis recipiantur, sed penes personam fide, & facultatibus idoneam per iudicē, corā quo causę huiusmodi pendere reperta fuerint, eligendam, & nominadam deponatur, restituenda ei, cui de iure postea restituenda fuerint. Sicq; per quoscunq; Iudices, & Cōmissarios quauis auctoritate fungentes in quauis instantia iudicari debere, sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate. Irritū quoq; , & inane decernimus, si secus super his à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus pręmissis, ac quibusuis apostolicis, necnō in provincialibus, et synodalibus Concilijs & ditis generalibus, vel specialibus constitutionibus, et ordinationibus, & quarumuis ecclesiarum prędictarum etiā iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis alia firmitate roboratis statutis, et consuetudinibus etiam immemorabilibus, priuilegijs quoq; , indultis et literis apostolicis illis, eorumq; capitulis, et Superioribus per quoscunq; Roman. Pontifices prędecessores nostros, ac nos, et sedem apostolicam sub quibuscunq; tenoribus, et formis, ac cum quibusuis etiam derogatorijs derogatorijs, alijsque efficacioribus, et insolitis clausulis,

necnon

Motus

nec non irritantibus, et alijs decretis etiã motu proprio, et ex certa scientia, ac quavis etiam Imperiali, vel Regali cõsideratione, vel instantia, et alias quomodolibet cõcessis approbatis, et innouatis. Quibus omnibus (etiã si pro illorũ sufficienti derogatione specialis, specifica, indiuidua, et expressa, non autẽ per clausulas generales idem importantes mentio, seu quavis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, perinde ac si tenores hinc de verbo ad verbum nihil penitus omissio inserti, et forma in illis tradita obseruata foret, pro sufficienter expressis habentes) specialiter, et expresse derogamus, cõtrarijs quibuscunq;. Volumus autem quod presentium Transumptis manu alicuius notarij publici subscriptis, et sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica cõstitutæ munitis eadem prorsus fides in iudicio, et extra adhibeatur, quæ presentibus adhiberetur, si forent exhibitæ, vel ostensæ. Quodq; literę ipsæ Camere, et Cancellariæ apostolicarum, et audientiæ causarum palatij apostolici valuis, et in acie Campi Floræ dimissis inibi copijs publicatę, affixę omnes ita afficiant, et arctent, ac si illis personaliter intimatę fuissent. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam nostrorum statuti, decreti, derogationis, voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationẽ omnipotentis dei, ac beatorum Petri, et Pauli apostolorum eius se

noue-

Proprij

lxxxj.

nouerit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrũ Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, tertio calend. Aprilis, Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

P. Eps Narnien. Summist.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

¶ Anno à Natiuitate Domini 1568. Indictione vndecima, die vero secunda mensis Iunij Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Pij, diuina prouidentia Papæ quinti, Anno tertio retrospectæ literæ Apostolicę affixæ, & publicatæ fuerunt ad Valuas Camere, & Cancellariæ Apostolicarum, & audientiæ causarũ Palatij apostolici, ac in acie Campi Florę, dimissis in omnibus locis prefatis earundẽ retrospectarum literarũ copijs affixis, per nos Iulium Parinum, & Ioannẽ Bornotum prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Io. Freile Magister Curs.

¶ SANCTISS. D. N. D. PII PAPÆ V.
CONSTITVTIO.

¶ De proprietate sublata Fratibus ordinis minorum conuentualium, & de ambitu officiorum.

L

Pius

Motus

PIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam re memoriam.

AD Extirpandos cupitæ proprietatis abusus, summū bonum in frugifera religione fratrum minorū Conuentualiū nuncupatorū peruertentes, simulq; frangendā pessimā corruptelam, quę de administrationibus, & officijs huius ordinis, per gratiā, & fordes cōsequendis, perpetrā inoleuit, De nobis attributæ potestatis plenitudine, omnes & singulos fratres prædictos, etiā si Magistri Generales, Prouinciales, Custodes, & alij quicunq; sint, priuato rerum, bonorumq; omniū immobiliū, mobiliū, & se mouentium dominio, vsu, vusufructu, possessione, & proprietate, quocunq; per eos modo acquisitis, & ad ipsos obuentis, perpetuo priuamus, dictaq; possessione amouemus, & amotos nunciamus, illaq; omnia & singula, in communes suarū cuiusq; domorū, & prædictæ Religionis vsus conuertenda cōcedimus. Ac omnia, & quęcunq; priuilegia, dispensationes, licentias, permissiones, & indulta, eis, & ipsorū singulis, super his, ac domibus, cellis, hortis, pecunijs, alijsq; rebus, etiā causa senij, infirmitatis, parentū subuentionis, congerendæ sororibus dotis, & cuiuscunq; alterius p̄ij officij intuitu, habendis, retinendis, & fruendis, etiam per quoscunq; Romanos Pontifices, prædecessores nostros, ac nos & sedem apostolicam, etiam motu proprio, & ex certa scientia concessa, cōfirmata, & innouata, quibuscunq;

conce-

Proprij.

Lxxxij

cōcepta formulis, ac clausulis, & decretis suffulta (quorum omniū tenores præsentibus habemus pro expressis) specialiter & expresse reuocamus. Volumusq; illa omnia, & singula, vires, & effectum, de cætero non habere. Et nihilominus mādamus Magistris, & Superioribus omnibus, in virtute sanctę obedientię, vt rerū, & bonorū omnium prædictorum possessionē, nomine domorum, & locorū suorū capiant, vt illa illorumq; fructus, in communes omniū vsus cōuertantur, Statuentes vt deinceps nullus omnino fratrum dicti ordinis, siue priuatus, siue Custos, siue Prouincialis, siue Generalis Magistri officio fungens, etiā prætextu hmoi priuilegiorum, dispensationum, permissionē, & indultorum, seu inueteratę consuetudinis, voto repugnantis, aut quacunq; alia causa, propriū quicquā, aut priuatum habeat, sed omnia vbiq; cōmunia, & indiuisa omnibus religiosis esse, Quin etiam Magistri, Custodes, & Guardiani, vitam cū fratribus suis cōmunē ducere debeāt in Refectorio semper comedāt, Nullas ædes separatas, siue in Claustro, siue alibi habeant, sed vnica cella, eademq; cum ceteris aliorū fratrum cōiuncta, contenti esse debeāt, Pari quoque ratione cæteri fratres, nil sibi proprij vendicantes, necessariū victum, & vestitutum, à sua quisque domo, & per eius Ministros capiant, Pecunię vero & quęcūque alię res, quę cuiq; priuatim, etiā intuitu personę, vnde cunq; donate, & relicte fuerint, Superiori, horarū viginti

L ij

quatuor

Motus

quatuor interuallo exhibeantur, qui illas statim deposito committat, & inde tantum exhibitori, ministrari iubeat, quantum presens rei convenientis necessitas videbitur postulare, Eam preterea diligentiam Superior adhibere debet, ut singulorum maxime infirmorum necessitatibus, iuxta cuiusque exigentiam debite consulatur, Ad haec nullus omnino Magistrorum, Custodum, & Guardianorum, administrationem predictorum bonorum, & aliarum rerum temporalium dispensationemque pecuniarum, et reddituum suae custodiae, vel domus, etiam nomine Conuentus habere, siue exercere, vel sese in eis interponere possit, sed vniuersum id onus tribus religiosis a Magistro Generali ita demandetur, ut primus rerum, et bonorum custodiam, siue domus, inferendorumque in eam reddituum curam habeat: Alter tanquam depositarius pecunias, et cetera ab illo importata fideliter afferuet, Reliquus de pecunijs, et rebus a depositario captis, Custodi, Guardiano, et fratribus, ac domui vniuersae, de necessarijs, veluti dispensator, cum ipsius Custodis, seu Guardiani auctoritate prouideat: Officiorum huiusmodi inuicem confusione penitus interdicta: Sed et ij tres, tam accepti, quam impensii, singulis mensibus, suo Custodi, vel Guardiano, adhibitis etiam duobus, vel tribus fratribus eiusdem domus probatoribus, rerumque usu peritis, deinde ipsimet rursus presentibus Custode, Guardiano, et peritis, Magistro generali, vel Visitatoribus, quotiescunque visitationis officium

fecerint.

Proprij.

Lxxxiiij

fecerint. Denique ipse Magister generalis, in proximo sequenti Capitulo generali, coram tribus Iudicibus, ab ipso Capitulo deputatis, illorum omnium, & etiam vniuersae administrationis suae publicae, & privatae rationem reddere teneatur. Ceterum praecipimus, atque interdiciamus omnibus & singulis, ne pro Magistratibus & Officijs praedictis, quaecumque sint, vlli ambitus fiant, aut pecuniae, etiam pro confirmationibus, sigillo, vel scriptura, aut quacumque alia re, vel causa soluantur, alique pactiones, seu promissiones intercedant, seu munera, aut xenia, quocumque modo mittantur, neue quisquam, etiam in officio existens, pecunias, aut aliud quicquam de domo, vel Custodia sibi commissa, vel aliunde Generali, seu alij cuicumque conferat, vel remittat, Quicumque secus fecerint, in penam priuationis Magistratum, & Officiorum suorum incidant, & ad futura inhabiles, & infames reputentur, & pro culpis, etiam tanquam fures puniantur, prout nos illos priuatos, inhabiles, & infames declaramus eo ipso, Decernentes irritum, & inane, quicquid secus in praemissis, per quoscumque, scienter vel ignoranter, contigerit attemptari. Procuracionibus tamen, Generali ex vniuerso ordine, ac Prouincialibus Magistris, ex sua cuiusque Prouincia, & Visitatoribus ex domibus, & locis visitandis debitis, & necessarijs, nequaquam per praesentes sublati: Non obstantibus praedictis, & nostra de non tollendo iure quesito, alijsque constitutionibus & ordinationibus apo-

L iij

stolicis

Motus

stolicis, ac dicti ordinis iuramento confirmatione apostolica, vel quavis firmitatis, & roboratis statutis, & consuetudinibus, Necnon Bulla aurea, & Mare magnū nuncupate aliis quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & Literis apostolicis, generalibus & specialibus, quorumcunq; tenorū existant, per quę presentibus non expressa, vel totaliter non inserta effectus earū impediri valeat quomodolibet, vel differri, & quibus, quorumq; totis tenoribus, ad verbū habenda sit in nostris literis mentio specialis, Quę omnia, contra predicta nolumus cuiquā in aliquo suffragari: Ceterū quia difficile valde esset, easdē presentes ad singula loca, vbi illis opus erit transferre: Volumus vt earū exemplis, etiā impressis, manuq; Notarij publici, & sigillo Prelati ecclesiastici, vel eius curię obsignatis, eadē prorsus fides adhibeatur, quę eisdē presentibus, si forent exhibitę vel ostensę. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginā nostre priuationis, amotionis, nunciationis, concessionis, reuocationis, declarationis, mādati, statuti, pręcepti, interdicti, decreti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attēptare pręsumpserit, indignationē omnipotentis Dei, ac beatorū Petri & Pauli Apost. eius se nouerit incurfurū. Dat. Romę apud S. Petrū, Anno Incarnationis Dominicę 1568. sexto idus Iunij. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Proprij.

Ixxxiiij

¶ Anno à Natiuitate Domini 1568. Indictione vndecima die vero decima mensis Iunij Pontificatus sanctissimi in Christo patris & D.N.D. Pij diuina prouidentia Pape quinti: retrospectę literę apostolicę lectę & publicatę fuerunt in generali retrospectorū fratrum conuentualiū videlicet Magistri generalis & Prouincialiū cōgregatiōe habita in Cōuentu Apostolorū de Vrbe per me Robertū Fontanū clericū Mutinensem Archiuij Romanę Curię scriptorē presentibus ibidē Illustris. & Reuerendis, Dño Alexandro Cardinale Cribello Viceprotectore, et Reuerendis, patre Domino Episcopo Sanctę Agathę testibus etc. In quorum fidē hic me subscripsi.

Robertus Fontanus Archiuij Rom. Cu. scriptor.

¶ SANCTISS. D. N. D. PII PAPÆ V.

¶ Translatio Curę Monialium à Fratibus ordinis minorum Conuentualium ad ordinarios locorum.

PIVS PAPA V.

AD perpetuā rei memoriā. Cū sicut accepimus diuersa Monialiū Monasteria curę, et regimini dilectorū filiorū Fratrum ordinis minorū Cōuentualiū S. Fracisci subiecta esse reperiantur: Nos volētes p̄ nostri Pastoralis officij sollicitudine eosdem fratres, vt cōmodius, et liberius sacrarū literarū studijs incumbere valeant, ab onere, et impe-

L iij

dimento

Motus

dimento gubernij Monialiu hmoi liberos esse, motu proprio et ex certa scientia, maturaq; deliberatione nostra, ac de apostolica potestatis plenitudine, Fratres Conuentuales predictos vbicunq; existetes, ab omni cura, gubernio, regimine, et administratione quoruncunq; Monasterioru Monialiu, seu Bighinaru, aut Bizocheraru, vel alias quomodocunq; nuncupatarum cuiuscunq; ordinis existant, claustraliter viueticum eis quomodolibet commissorum et per eos haftenus regi, et gubernari solitoru, ex nuncin perpetuu auctoritate apostolica tenore presentium penit^o absoluimus, ac totaliter liberamus: eosq; ab hmoi onere absolutos, liberos, et immunes fore: et esse, nec deinceps in illis quouis pretextu, aut quesito colore se vllatenus intromittere posse, neq; debere decernimus, ac ipsoru Monasterioru monialiu: cura, et guberniu eisdem Fratrib^o de cetero omnino interdiciuus. Ne autem ipsa Monialium Monasteria propterea in spiritualibus, aut temporalibus detrimentum aliquod patiantur: nostre prouidentiae diligentia opportune prospicere cupientes, eadem Monialium Monasteria omnia, et singula locoru ordinarijs, in quoru Ciuitatibus: aut dioc. respectiue consistunt, per eos foeliciter regenda, et prospere dirigenda auctoritate et tenore predictis motu simili subijcimus, atq; supponimus, eaq; ab ipsis ordinarijs regi, et gubernari debere volum^o, ac madamus: Et vt id propte, libenterq; suscipire, et exequatur, eis in virtute sanctae

obe-

Proprij.

LXXXV

obedientie iubemus, curaq; Monasterioru hmoi bene, ac diligenter gerere, & exercere, donec aliter p nos, seu successores nostros Romanos Pontifices desuper fuerit ordinatum districte praecipimus, Mandantes eiusdem Ordinarijs, vt contradictores quoslibet, & rebelles, presentibus nostris Literis parere recusantes, seu differentes, etiam si dicti Fratres fuerint, per poenas sibi beneuifas et pecuniarias, ac demum per excommunicationis, & alias sententias & censuras ecclesiasticas caeteraq; opportuna iuris, & facti remedia omni & quacunq; appellatioue postposita, ac prorsus remota auctoritate nostra comprimant & coepescant, eosq; ad parendum, & cum effectu statim obediendum presentibus literis cogant, & copellant, inuocato etiam ad hoc si opus fuerit, auxilio brachij secularis super quibus dictis Ordinarijs plena & libera harum serie facultate concedimus, & potestate: Non obstantibus premiffis, ac constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon Monasterioru & ordinu hmoi etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis apostolicis etiam Mari magno, & Bulla aurea, seu concordiae, aut alias nuncupatis, & cu quibusuis clausulis et derogatorijs derogatorijs, irritantibusq; & alijs decretis quomodolibet concessis, confirmatis, & sepius innouitis, quibus omnibus, etiam si de illis eorunq; totis tenoribus specialis, specifica & indiuidua metio, seu

quauis

Motus

quæuis alia expressio habenda foret, eorū tenores, ac si de verbo ad verbū nihil penitus omisso, & forma in illis tradita obseruata infererentur presentibus pro sufficienter expressis habentes, illis alias in suo robore permāsuris, hac vice duntaxat ad effectum presentium specialiter & expresse derogamus, cæterisq; cōtrarijs quibuscunq;, aut si Fratribus, vel Monialibus prædictis, vel quibusuis alijs cōmuniter vel diuisim ab apostolica sit Sede indultum, quod inter dici suspendi, vel excommunicari non possint per literas apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbū, de indulto huiusmodi, mentionē. Volumus insuper quod presentium transumptis manu alicuius Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius personæ in dignitate ecclesiastica cōstitutæ munitis, eadē prorsus fides adhibeatur, quæ originalibus literis adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ, Quodq; eadē presentes per aliquē Notarium publicum, vel vnum ex Cursoribus nostris in generali dictorum fratrum Capitulo quod nunc in Alma Vrbe nostra celebratur, lectæ, omnes, & singulos arctēt, per inde ac si omnibus & singulis quos cōcernūt personaliter intimatæ fuissent. Datum Romæ apud Sanctum Petrū sub Annulo Piscatoris. die 3. Iunij 1568. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

Anno

Proprij.

lxxxvj

¶ Anno à Natiuitate Domini 1568. Indictione xi. Die vero x. mensis Iunij Pontificatus S. D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Retroscriptæ literæ Apostolicæ lectæ, & publicatæ fuerunt in generali retrospectorū Fratrum Conuentualiū videlicet Ministrorū Generalis, & Prouincialium congregatione habita in Cōuentu Sanctorū Apostolorum de Vrbe per me Robertū Fōtanum Archiuij Romanę Curiaę scriptorem Clericū Mutinentem Presentibus Illustris. & Reuerendis. D. Alexandro Cardinale Cribello Viceprotectore, & Reuerendis. patre D. Episcopo Sanctę Agathę testibus, &c. In quorum fidem hic me subscripsi.

Robertus Fontanus Archiuij Rom. Cur. scriptor.

¶ **BVLLA SANCTISS. D. D. PII DIVI-**
na prouidentia Papę V. Reuocationis facultatum concessarum Comitibus Palatinis, & alijs etiam Collegijs Romanę Curiaę.

¶ Super promouen. ad Doctoratus licētiaturę, & magisterij gradum.

¶ **PIVS** Episcopus Seruus Seruorum Dei, ad perpetuam reimmemoriā.

Quamuis à sede Apostolica ad quā negociorū multitudo vndiq; cōfluit, curis omnino plena innumeris nonnulla interdum ex iustis causis cōcedantur, quę succes-

Motus

successiuis temporibus in publicum detrimētum, & alieni iuris prēiudicium tendere noscuntur, non debet reprehensibile videri, si Romanus Pontifex, ad cuius prouidentia pro debito pastoralis officij spectat super ijs debite prouidere, illa rationabilib⁹ & iuridicis superuenientibus causis deinde cognitis quandoque reuocat & annullat, ac in statum redigit rationis. Sane cum fide digna plurimorum relatione nō sine animi nostri molestia intellexerimus nō nullos Comites Palatinos, et diuersos alios prētextu facultatū sibi à Romanis Pōtificibus et Sede Apostolica cōcessarū, q̄ plurimos, tā Laicos, quā Clericos, tā iure Ciuili, q̄ Canonico, et Theologia, nullo, aut nō debito examine prēuio indoctos et inhabiles, Doctores, Licētiatos, et Magistros creasse, et pmouisse, vti ad dignitates ceteraq; beneficia ecclesiastica facilius asumerentur, et de eis p̄uiderentur in animarū suarū iacturā, et quā plurimorū scandalū: Nos hmōi scandalis quātū in nobis est obuiare, et alias ne de cetero inhabiles ad hmōi gradus admittātur prouidere volētes, Motu proprio nō ad alicuius sup hoc nobis oblatę petitionis instātiā, sed ex mera deliberatiōe et ex certa sciētia nostris, ac de Apostolica potestatis plenitudine hac nostra perpetuo valitura Cōstitutione ōnia et singula facultates, et indulta eisdē Comitibus, ac etiā quibusuis Officium Romanę Curia Collegijs, singulisque alijs personis cuiuscunq; status, gradus, ordinis, et prēminentia

existen-

Proprij.

Ixxxiiij

existentibus, ad Doctoratus, Licentiaturę, & Magisterij gradum promouendi per quoscūq; Romanos Pontifices prādecessores nostros, & Sedem apostolicam, ac etiā nos etiam Motu scientia & potestatis plenitudine similibus quomodolibet concessa, confirmata, & innouata, illorum tenores præsentiibus pro expressis habentes, auctoritate apostolica tenore præsentiū perpetuo reuocamus, cassamus, & annullamus: ac decretis Concilij Tridentini inherentes decernimus & declaramus, eos, qui à Comitibus & alijs præsatis promoti fuerūt quo ad dignitates cætera que beneficia ecclesiastica, nulla gradus prerogatiua frui & gaudere posse vel debere. Et sic in præsatis omnibus & singulis per quoscunq; Iudices etiā causarum Palatij apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuiuslibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, interpretari, iudicari, & diffiniri debere: Nec non irritum & inane quicquid secus super ijs à quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter cōtigerit attentari. Nō obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac præsatis, & quibusuis alijs facultatibus priuilegijs, & indultis, & literis apostolicis eisdem Comitibus, & Collegijs, nec nō quibusuis alijs etiā ex quauis causa etiam vrgentissima, aut in vim contractus inter eos, & Sedem prædictā iniri, velex causa onerosa, etiam Motu proprio, ac consistorialiter, & alias quomodolibet cōcessis ac etiā iteratis vicibus appro-

batis

Motus

batis, et innouatis, quibus omnibus, illorū omnium tenores ac si de verbo ad verbum infererentur, presentibus p̄ sufficienter expressis habentes, quo ad hunc effectum specialiter & expresse derogamus, ceterisq; cōtrarijs quibuscunque. Ut autem presentes literæ ad omnium notitiam deducantur, volumus quod in Cancellaria nostra apostolica, & acie Campi Floræ de more publicentur, et inter Cōstitutiones perpetuo valituras describantur. Et quia difficile foret eas ad singula quęq; loca deferri, quod earū transumptis et impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius prælati munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quę presentibus adhiberetur si forent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę reuocationis, cassationis, annullationis, decreti, declarationis, derogationis, et voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorū eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę Millesimo Quingentesimo sexagesimo octauo. kl. Iunij. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno

Proprij.

Ixxxviiij

¶ Anno à Natiuitate Dñi 1568. Indictione xj. die vero vigesima octaua Iunij Pōtificatus Sanctissimi in Christo patris & Domini nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ quinti anno tertio Retroscriptæ literæ Apostolicæ affixæ et publicatę fuerunt ad valuas Cancellarię apostolicæ, et in acie Campi Florę vt est moris dimissis ibidē presentibus literis per aliquantulum temporis spaciū affixis et deinde amotis per nos Iulium Parinum et Philibertū Chappus prælibaldi Sanctissimi D.N. Papę Cursores. Antonius Clerici Magister Cursorum.

¶ SANCTISS. D. N. D. PII PAPÆ V. CONSTITVTIO.

¶ De extinctione Officiorum Ministri, Vicarij, et Visitatoris generalis in ordine Fratrum Tertij ordinis S. Francisci, Et

¶ De submissione huius ordinis Ministro generali, et Provincialibus Fratrum Minorum de obseruantia.

¶ Cum reformatione dicti Tertij ordinis, et eius Doctorum vtriusque sexus.

¶ Pius Episcopus Seruus Seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam,

EA est officij nostri ratio, vt cum de ceteris Ecclesię nobis cōmissę ordinibus, vel in sua integritate continendis, vel ad institutū reuocandis curā perpetuā capiamus, maiore

Motus

maiore tamen sollicitudine eadem illa in Religiosorū scđā litatibus requirimus, quos ideo Altissimus in suū sibi san- ctuarium segregauit, vt cęteros fideles viā doceant, qua et ipsi eterne salutis beatitudinē consequantur: Itaque inter cęteras Religiones fratrum quoque Tertij ordinis Sancti Francisci de penitentia nuncupati in Congregatione vi- uentium, ac Tribus votis substantialibus astrictorum sta- tus, nos cōmouet, vt ad illum reformandū studia nostra conferamus, quando vel ex tā multis quę bonę memorię Rodulphus Episcopus ostien. Cardinalis Carpenfis nun- cupatus dicti ordinis protector Sedis apostolicę auctorita- te frētus in reparanda horū disciplina præclare, et salubri- ter edidit, Religionem hanc parum admodum profecisse agnouimus. Proinde nos hac p̄cipua morbi causa ex pro- priorum præsentium, et aliorum Ministrorū negligē- tia, vel inscitia comperta in cōmunem dicti ordinis salutē alia ratione intenti, De nobis attributę potestatis plenitu- dine officia Ministratus, et Visitatoris generalis dicti ordi- nis perpetuo extinguimus, et abolemus, ac Ministrū, Visi- tatorem, et Vicarium generalem eiusdem ordinis officio: vsu, et exercitio omnimode interdiciamus, edictōq; prohi- bemus ne vllus posthac Minister, Vicarius, ac Visitator ge- neralis de dicto ordine habeatur. Cęterum vt deinceps ex- do ipse vtiliorum Rectorum consilio, et opera dirigatur, nos diuersorum etiam prædecessorū nostrorū ordinationes

sequen-

Proprij.

lxxxix

sequentes vniuersos, & singulos Fratres, Sorores, Profes- sos, & Conuersos, necnō Domos Monasteria, & loca Vi- rorum, & Mulierū, ac custodias, & prouincias per vniuer- sam orbē constitutas, gregemq; ipsum vniuersum Tertij ordinis vtriusq; sexus Generali, & Prouincialibus Ministris ordinis Fratrum minorum de obseruātia nuncupatorum, prout in eorū Prouincijs consistunt, ita perpetuo supponi- mus, vt Minister generalis in vniuerso ordine, Prouincia- les vero ordinis minorū de obseruantia in suis quisq; pro- uincijs plenum ius, liberamq; auctoritatem, ac in spiritua- libus, & temporalibus Iurisdictionem omnimodā habeāt Domos omnes, ac Monasteria, & loca quęcunq;, necnō personas vtriusq; sexus, tā in capite, quam in membris vi- sitandi, & corrigēdi, vagātes, & quoscunq; alios puniēdi, carcerādi, mutandi, transferendi, ordinibus, officijs, & ad- ministrationibus deponendi, excōmunicandi, suspenden- di, interdiciendi, & restituēdi, ac etiā super ijs & cęteris om- nibus ordinem ipsum, illusq; domos, & personas vtriusq; sexus quomodolibet cōcernentibus, eorū tamē regulę præ- dictę, & sacris canonibus, ac præsentibus literis nō cōtra- rijs statuendi, mutandi, innouandi, & exequendi, quę ad- modū illis est in suo proprio ordine attributū. Pręcipimus igitur in virtute sanctę obediētix vniuersis, & singulis Fra- tribus, & sororibus Tertij ordinis prædicti vbilibet cōstitu- tis, vt Generalem, & Prouinciales ministros ordinis fratrum

M

minorum

Motus

minorū de obseruantia, tanquā patres & superiores suos, eorumq; monita & mādata humiliter & deuote recipiāt, & re ipsa adimplere procurēt alioquin cōtradiētores quoslibet, & rebelles sententiæ, censuræ, & pœne quos quisq; ipsorūrite tulerit in eosdē ipso facto volumus subiacere. Pari quoq; ratione eis Cardinalē protectorē fratrum de obseruātia in protectorē tribuimus, qui eā in eosdē oēs curā & auctem obtineat, quā alius quisq; plenissime hucusq; cōperitur habuisse. Statuentes præterea quod futuris oībus capitulis prouincialibus fratrum Tertij ordinis hmōi pro Visitatorū prouincialium & aliorū officiorū electione, fratrum diuisione, & salubri cuiusq; Prouinciæ directione annis singulis celebrandis, aut Generalis, aut eius Cōmissarius, aut in cuius prouincia capitulum illorū habebitur, Prouincialis minister ordinis minorum de obseruantia hmōi semper præsideat, aliter vero celebrata, ac omnia in eis decreta pro irritis habeātur. In ipsis autē Capitulis prouincialibus Visitatorum prouincialium electio de idoneis fratribus Tertij ordinis huiusmodi per secreta suffragia, & alia eo modo, quo de fratrum minorū de obseruantia prouincialibus celebratur celebrata per Ministrū generalē, prædictū ante omnia confirmetur. Hæc vero officia Annali duntaxat esse, & in singulis capitulis prouincialibus prædictis, resignari debeant, ita vt lapso primo anno illa vacare censeātur. Poterunt tamē ipsimet Visitatores prouinciales rursus in sequentem

Proprij.

xc

quentem annum, & eo finito, etiā in tertium, si idonei reperientur, eodē modo eligi & confirmari, sed omnes suis huiusmodi officijs quādo cunq; perfuncti, denuo ad illa nisi transacto Sexamino nequeant reuocari. Ceterū omnes & singuli fratres, & sorores Tertij ordinis hmōi in sua quisq; prouincia visitatori suo tanquā Superiori in omnibus quæ suis regularibus institutis nō aduersantur obediāt. Omnes vero Visitatores prouinciales hmōi sic electi tanquā vices gerentes Ministrorū prouincialium ordinis fratrum minorum de obseruantia, & illis subditi prædicandi, & docēdi munus in singulis vtriusq; sexus domibus cōuentibus, & locis sue cuiusq; prouinciæ obire, eamq; in sibi subditos fratres & sorores iurisdictionē quā ipsimet Ministri prouinciales ordinis minorū de obseruātia obtinent in omnibus, & per omnia exercere, ac quādo cūq; opus erit confessiones omniū & singulorū fratrum, & sororū Tertij ordinis hmōi per se vel alios suæ regulæ sacerdotes idoneos audire illosq; ab omnibus & singulis sentētijs excommunicationis, suspensionis, & interdicti alijsq; censuris, & pœnis ecclesiasticis, necnō peccatis criminibus & delictis dummodo talia nō sint propter quæ Sedes apostolica merito cōsulenda foret in foro conscientie duntaxat absolueret, & pro cōmissis penitentia salutarē iniungere, ac cū Clericis & Præbyteris eius ordinis super irregularitate si quā sententijs & censuris hmōi illaqueati missas, & alia diuina officia non tamen

M ij

in con-

Motus

in cōtempum clauū celebrauerint vel alias se se illis immif-
cendo contraxerit, dispensare libere valeāt. Ad hęc nullus
omnino fratrum, & sororum tertij ordinis hmōi qui prę-
dicta tria vota substantialia fecerint, etiā prętextu quorū-
cunq; priuilegiorum dispensationum indultorū permissio-
nū apostolicorū, aut etiā inueteratę cōsuetudinis voto re-
pugnātis, seu quacunq; alia causa propriū quicquā aut pri-
uatum liceat obtinere, sed omnia etiā priuatim, ac intuitu
cuiuscunq; personę donata oblata & concessa vbiq; cōmu-
nia & indiuisa omnibus Religiosis esse debeant. Quicūq;
vero pecuniā aut aliam ré qualemcunq; sibi quęcunq; cau-
sa cōcessam prælato suo celauerit furti reus censeatur, & tā-
quā fur puniatur. Eam tamē diligentia superior cuiusq; do-
mus adhibeat, vt de cōmuni ipsius domus singulis iuxta
exigentia consulatur. Præterea Sorores dicti tertij ordinis
in communi in domibus monasterijs, vel hospitalibus aut
alia cōgregatione viuentes, & dicta tria vota substantialia
Religionis emittentes sub perpetua clausura maneāt: Nul-
lusq; frater aut confessor earum, vel quicūque prælatus ad
domos monasteria, vel alia loca sororum hmōi in cōmuni
& collegialiter viuētium, nisi quibus ex officio incūbit, &
in casibus necessarijs a iure permissis, & tunc cum vno vel
duobus socijs prouectis, & honestis ingredi audeat, qui se-
cus fecerit carceribus mancipetur, omnibusq; administra-
tionibus, & officijs deponatur. Ipsarū vero sororum & oēs
alij

Proprij.

xcj

alij Confessores, & sacri Concionatores, per Generalē vel
prouincialem ministrū approbentur. In cæteris autē om-
nibus quę ad religiosam vitā pertinent illa prædicti fratres
& sorores Tertij ordinis obseruare teneantur, quę à prædi-
cto Rodulpho Episcopo, & protectore vigesima octaua
Aprilis, Anni Dñi millesimi quingentesimi quadagesimi
noni fuerūt ordinata, substantiā totius hmōi regulę maxi-
me cōtinentia, quā fœlicis recórdationis Nicolaus PP. iij.
prædecessor noster ad incrementū fidei catholicę appro-
bavit, ita tamen vt præsentibus nullatenus aduersentur,
quęcunq; vero dubia in eis cōtigerit exoriri illa oīa Gene-
ralis, & prouinciales ministri ordinis minorū hmōi de-
beant declarare, quorū declaratiōi & determinatiōi eorū
regulę, & præsentibus nō cōtrarię stari debeat: Ac decer-
nentes præsentis literas de surreptionis, vel obreptionis vi-
tio seu intentionis nostrę defectu nullo vnquā tēpore no-
tari seu impugnari posse, aut debere, nec aduersus eas, &
in eis contenta quęcunq; restitutionē in integrū, aut redu-
ctionem ad terminos Iuris, vel aliud quodcūq; gratię, seu
iustitię remedium quisquam impetrare, vel etiam ab alijs
impetrato, aut Motu proprio concessio vt valeat ex qua-
uis causa quantūlibet rationabili, ac omnia & singula præ-
missa aliquibus eiusmodi ordinis statutorum, aut quibus-
uis alijs reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, &
alijs cōtrarijs dispositionib; generalibus vel specialibus per

M iij

quof-

Motus

quoscunq; Roman. Pōtices successores nostros pro tēpo-
re factis nō cōprehendātur, sed semper ab illis excepta sint:
Sicq; per quoscunq; Iudices quauis auctoritate fungentes,
etiā causarum Palatij apostolici Auditores, ac S. R. Eccl.
Cardinales, etiā de Latere Legatos in qua vis causa, & in-
stantia, sublata eis, & eorum cuiuslibet quauis aliter iudican-
di, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & di-
stiniri debeat, Nec non irritū & inane quicquid secus su-
per ijs per quoscunq; quauis auctoritate etiā prætenu
priuilegiorū, facultatum, dispensationū, & indultorū apo-
stolicorū quę quoad hoc poenitus abolem^o, aut quouis alio
quæsito colore scienter, vel ignorāter cōtigerit attentari.
Insuper vniuersis, & singulis fratribus, & sororibus tertij
ordinis hmōi, eorumq; domibus, monasterijs, & locis om-
nia, & singula Priuilegia, indulgentias, dispensationes, &
indulta apostolica fratribus, & sororibus dicti ordinis mi-
norū de obseruantia, etiā quod Sacramentorū Ecclesiasti-
corū administrationem, & receptionē quemodolibet cō-
cessa, & concedenda quęcunq; sint, & fuerint, presentibus
tamē non repugnantia, ita vt illis oībus & singulis pari for-
miter, & æque principaliter vti potiri & gaudere libere,
& licite valeāt concedimus, & indulgemus. Ceterū oībus
& singulis fratribus & sororibus Tertij ordinis hmōi di-
strictius iniungimus, vt presentes nostras literas humiliter
recipiāt, & quęcūq; in eis expressa, ac per eas statuta, decte
ta, &

Proprij.

xcij

ta, & mādata sunt, alia desuper à nobis nō expectata iussio-
ne, aut mētis nostrę declaratione firmiter custodiāt, & in
oībus studiose obedire pcurēt. Quin et dilectis filijs nostris
Carolo tt. S. Praxedis Prębytero Cardinali Borromeo
nūcupato dicti ordinis protectori, & illius Ministro genera-
li p apostolica scripta mādamus, vt ipsi vel eorū alter easdē
præsentes, ac quicquid pro earū executione et obseruatōe
indictis futuris capitulis prouincialibus, vel et extra illa ab
Generali, & puincialib^o ministris ordinis fratrum minorū de
obseruatia hmōi statuetur, ordinabitur, & decernetur in
omnibus domibus, monasterijs, & loci virorū, & mulierū
ac ab omnibus, & singulis fratribus, & sororibus tertij or-
dinis hmōi inuiolate faciant per se, vel aliū, seu alios obser-
uari, Cōtradictores quoslibet, et rebelles, ac etiā protestan-
tes, et reclamātes, eisq; auxiliū, cōsiliū, vel fauorē publice,
vel occulte, directe, vel indirecte quouis quæsito colore vel
ingenio prestantes, tā Ecclesiasticos, quā Laicos cuiuscūq;
dignitatis, gradus, ordinis, vel conditionis fuerint per sentē-
tias, cēsuras, et pænas ecclesiasticas cæteraq; iuris, et facti
remedia opportuna appellatione postposita cōpescēdo, le-
gitimisq; super his habēdis seruatis processibus, sentētias,
cēsuras, et pænas p̄dictas etiā iteratis vicibus aggrauando,
inuocato et ad hoc si opus fuerit auxilio brachij secularis.

lō obstātib; nostra de nō tollēdo iure quæsito, et pię me-
orie Bonifacij PP. viij. etiā p̄decessoris nostri de vna, et in

M iij

Concilio

Motus

Concilio generali edita de duabus dietis, alijsq; Cōstitutio-
nibus, et ordinationibus apostolicis, Necnō Tertij ordinis
illuſq; domorū, et etiā mulierum monasteriorū prædicto-
rū iuramēto cōfirmatione apostolica, vel quavis firmitate
alia roboratis statutis, & cōsuetudinibus priuilegijs quoq;
indultis, & literis apostolicis illis, eorumq; superioribus, et
personis, ac eorū singulis per quoscūq; Rom. Pōtiffes præ-
decessores nostros, ac nos & Sedē apostolicā, etiā per mo-
dū statuti perpetui, ac initi, & stipulati cōtracto, ac alias sub
quibuscunq; tenoribus, & formis, ac eū quibusuis clausu-
lis, & decretis in genere, & in specie cōcessis, confirmatis,
ac etiā alijs reformationibus quotiescūq;, ac quocunq; tē-
pore factis, & promulgatis, etiā Mare magnum, & Bulla
aurea nuncupatis, ac quibuslibet alijs indulgentijs, & ex-
emptionibus apostolicis specialibus, & generalibus quo-
rūcunq; tenorū existāt per quę presentibus nō expressa, vel
totaliter nō inserta effectus earū impediri valeat quomo-
dolibet vel differri, & de quibus quorūq; totis tenorib⁹ ha-
bēda sūt in nostris literis mētiō specialis. Quę oīa cōtra ea-
rundē presentium tenorē nolumus cuiquā in aliquo suffra-
gari. Per prædicta tamē nō intendimus reformationi fra-
trū, & sororū Tertij ordinis hmōi in Hispaniarū Regnis cō-
stitutis in aliquo præiudicare, quo minus literę nostrę desu-
per ædite, & quęcunq; illarū vigore pro rerū, locorū, et p-
sonarū qualitate, & exigentia facta sunt presentibus non

con-

Proprij.

xciiij

conformia possint quoquo modo impediri, vel retractari.
Deniq; volumus quod ipsarū presentium exempla etiā im-
pressa, dictiq; pro tēpore existentis Protectoris, aut Mini-
stri generalis, vel prouincialis sigillo, & Secretarij cuiusuis
eorū, vel Notarij publici manu obſignata eandē illā fidem
vbique locorū in iudicio & extra illud faciāt, quā ipse præsen-
tes si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino ho-
minū liceat hanc paginā nostræ extinctionis, abolitionis,
prohibitionis, suppositionis, tributionis, concessionis, in-
terdicti, statuti, indulti, præcepti, decreti, mādati, iniūctio-
nis, intentionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu teme-
rario cōtraire. Si quis autē hoc attētare præsumpserit, indi-
gnationē oīpotentis Dei, ac Beatorū Petri & Pauli Apосто-
lorū eius se nouerit incurſurū. Dat. Romæ apud S. Petrū.
Anno Incarnationis Dominicæ 1568. Quinto Non.
Iulij. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

¶ Bulla S. D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Su-
per residentia facienda in parochialibus per obtinētes eas,
ac Canonarus, aut dignitates, seu aliud beneficium.

¶ Pius Ep̄s seruus seruorū Dei, ad perpetuā rei memoriā.

C Vpiētes pro nostri pastoralis officij munere Christi-
deliū animarū saluti quātū cū deo possumus salubri-

ter

Motus

ter cōsulere, & parochialib⁹ ecclesijs ab earū parochis, put
tenētur, ī diuinis debite & laudabiliter deserui, sinherēdo
etiā decretis sacri Cōcilij Trideñ. Motu pprio, & ex mera
deliberatiōe certa; sciētia nostra, ac de apostolicę potesta
tis plenitudine hac nostra ppetuo valitura Cōstitutiōe oēs,
& singulos Rētores parochialiū ecclesiarū cuiuscunq; di
gnitatis, status, gradus, ordinis, cōditionis, & p̄minentię
fuerint, in quibuscunq; regnis, puincijs, ciuitatibus, dioc,
ac alijs Christiani orbis patribus cōsistentes, qui parochia
lē ecclesiā, ac canonicatū, aut dignitatē, etiā post Pontifica
lē maiorē, seu principalē in quibusuis patriarchalibus, aut
metropolitanis vel cathedralibus, seu collegiatis ecclesijs,
seu aliud quodcūq; bñficiū ecclesiasticū, ēt quarūcunq; di
spensationum à Romān. Pōntificibus p̄decessoribus nostris,
seu etiā à nobis hactenus quomodolibet impetratarū, ac li
erarum apostolicarū desuper expeditarū titulo quas oēs
hac p̄senti Cōstitutiōe abolemus, & reuocam⁹, seu quo
cunq; alio pr̄textu obtinēt, cū prima, & p̄cipua debeat
esse cura animarum, eos ad residēdum in ecclesia parochia
li, & ibi in diuinis deseruiendum, debitoq; eorū officio fun
gēdum omnino teneri, & obligatos esse, ac ad id per Epi
scopos, & aliorū locorū ordinarios, ēt tanquā apostolicę
sedis delegatos, sub sententijs, & censuris ecclesiasticis, ac
pecuniarijs arbitrio eorū declarādis, ac etiā priuationis di
ctarū parochialium, & aliorū quorumcunq; beneficiorū
p̄cenis

Proprij.

xciiij

p̄cenis, quacunque appellatiōe remōta, cogi, & compelli
posse, & debere auctoritate apostolica tenore p̄sentium
statuimus, p̄cipimus, & ordinamus. Eos tamen sic resi
dētes in ecclesijs parochialibus omnes, & singulos fructus
red litus, & prouentus, etiā Canonicatus sui, vel dignitatis
seu alterius cuiuscunque beneficij, exceptis duntaxat quo
tidianis distributionibus, & alijs, quæ ex iusta causa absen
tes percipere nō solent, lucrari volumus. Sicque per quos
cunque Iudices, & Cōmissarios, etiā causarum palatij apo
stolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales, sublata eis, & eo
rum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretādi facul
tate, interpretari, iudicari, & diffiniri debere: Nec non irri
tum, & inane quicquid secus super his à quoquam quauis
auctoritate scienter, vel ignoranter attentatum forsā est
hactenus, vel in posterum cōtigerit attentari, decernimus,
& declaramus. Nō obstantibus p̄missis, ac quibusuis di
spensationibus, & exēptionibus, literisq; apostolicis desu
per cōfectis, nec non apostolicis in prouincialibusque, & sy
nodalibus Concilijs æditis generalibus, vel specialibus cō
stitutionibus, & ordinationibus, & etiā iuramento, confir
matiōe apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statu
tis, & consuetudinibus, priuilegijs quoque indultis & lre
ris apostolicis quibusuis personis in genere, vel in specie,
& alijs quomodolibet cōcessis, & approbatis, in posterū
que cōcedendis, & approbandis. Quibus omnibus etiā si
de

Motus

de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, & indi-
uidua, non autē per clausulas generales idem importātes
mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut alia exquisi-
ta forma ad hoc seruāda foret, eorū tenores, ac si de verbo
ad verbū infererentur, presentibus pro sufficienter expres-
sis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, hac vice
duntaxat ad effectū presentium specialiter, & expresse dero-
gamus, ceterisq; contrarijs quibuscunque. Volumus autē
quod harū literarū Transumptis etiā impressis, manu no-
tarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius personę in digni-
tate ecclesiastica constitutę munitis eadē prorsus fides, tā
in iudicio, quam extra adhibeatur, quæ presentibus adhi-
beretur, si forent exhibitę vel ostensę. Nulli ergo omni-
no hominum liceat hanc paginam nostrę abolitionis, re-
uocationis, statuti, præcepti, ordinationis, decreti, declara-
tionis, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu te-
merario contraire. Si quis autem hoc attentare præsum-
serit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Pe-
tri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incurfurū. Dat.
Romę apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Do-
minicę 1568. octauo Idus Iulij. Pontificatus No-
stri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno

Proprij.

xcv

¶ Anno à Natiuitate Domini 1568. Indictione vndeci-
ma, die vero decima quinta mensis Iulij, Pontificatus San-
ctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidē-
tia Papæ quinti, Anno tertio, retrospectę literę A posto-
licę lectę, affixę, & publicatę fuerunt ad valuas Basilicę
Principis Apostolorū de Vrbe, Cancellarię apostolicę, &
in acie Campi Florę dimissis ibidē presentibus literis per
aliquantulum temporis spatium, (vt est moris) affixis, &
deinde amotis per nos Ioannem Bornotum, & Iulium Pa-
rinum prælibati Sanctiss. D. N. Papæ Cursores.

Antonius Clerici Magister Curs.

¶ **BULLA S. D. N. D. PII DIVINA PRO**
uidencia Papæ V. per quam declaratur decretum
Sacri Concilij Tridentini, super impedimen-
to publicę honestatis editum.

¶ **PIVS** Episcopus Seruus Seruorum Dei ad per-
petuam rei memoriam.

AD Romanum spectat Pontificę sua solitudine dili-
genter prouidere, vt sacrorum Cōciliarū decreta ita
suę declarationis adminiculo dilucidentur, quod nulla de-
super dubitādi occasio cuiquā relinquatur. Sane ad aures
nostras peruenit multos esse, qui dubitent, an decretum
œcumenici Concilij Tridētini Sessione vigesima quarta
de reformatione Matrimonij capitulo tertio, quo cauetur
impe-

Motus

impedimentū publicæ honestatis, vbi sponsalia valida nō fuerint, prorsus tolli: vbi vero valida fuerint, non excedere Primū gradū: cum in vltioribus gradibus nō possit huiusmodi prohibitio seruari, de Sponsalibus per verba (vt aiūt) de futuro tantū cōceptis intelligatur, vel etiam Matrimonia per verba de præsenti cōtracta, nō tamen cōsummata, quę interdum Sponsalia appellantur, cōprehendat, ita vt etiam eo casu impedimentū inde proueniēs sublatū fuerit. Nos itaq; vt omnis difficultas, dubitatioq; tollatur, attendentes, quod Sponsaliorū appellatione, qua dictū Cōciliū vtitur, non nisi improprie Matrimoniū verbis de præsenti cōceptis contractum cōtinetur. Quodq; agitur de correctione Iuris veteris, quo casu secundū proprietatē verborum duntaxat procedendū est, præsertim cum lōge maiorem rationem prohibitionis in Matrimonio per verba de præsenti contracto, quā in Sponsalibus de futuro vigere à nemine dubitetur: Idcirco Motu proprio auctoritate apostolica tenore præsentiū declaramus, & diffinimus decretū Concilij hmoi omnino intelligendum esse, & procedere in Sponsalibus de futuro duntaxat, non autē in Matrimonio sic (vt præfertur) cōtracto, sed in eo durare adhuc impedimentū in omnibus illis casibus, & gradibus, quibus de iure veteri ante prædictum decretū Concilij introductum erat & ita ab omnibus iudicari debere, mandamus, atq; statuimus. Non obstantibus cōstitutionibus, & ordinationibus

apo-

Proprij.

xcvj

apostolicis, alijsque cōtrarijs quibuscunq;e. Volumus autem quod præsentes literę in Cancellaria nostra, & acie Capi Floræ de more publicentur, & inter constitutiones perpetuo valituras describantur: Et quia difficile foret præsentes ad singula quęque loca deferri, volumus, & et declaramus, quod earū Transumptis etiā impressis manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis eadem prorsus fides vbicūque adhibeatur, quę præsentibus adhiberetur, si forent exhibite, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostrę declarationis, diffinitionis, mandati, statuti, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attētare præsumpserit, indignationē omnipotentis Dei, ac beatorū Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo kl. Iulij. Pontificatus Nostri Anno Tertio. Cæ. Glorierius.

H. Cuius.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

¶ Anno à Natiuitate Domini 1568. Indictione vndecima, die vero vigesima prima mensis Iulij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & D.N.D. Pij diuina prouidentia Papę V. anno Tertio, Retroscriptę literę apostolicę lectę, & affixę, & publicatę fuerūt ad valuas Cancellarię apostolicę

Motus

stolice, & in acie Campi Florę, vt moris est dimissis ibidē presentibus Literis per aliquatū tēporis spatium affixis, & deinde a motis per nos Iulium Parinum Clericū Terdoneñ, & Ioannem Bornotum prælibati Sanctissimi Domini Nostri Papę Cursores.

Camillus Cherubinus Magister Curs.

CONSTITVTIO

S. D. N. PII DIVINA PROVIDENTIA PP. V.

¶ Super modo, & forma publicandi ecclesiasticorū beneficiorum resignationes, ac eorum consensuū extensione.

SANCTISSIMVS In Christo pater, & Dñs noster Dñs PIVS diuina prouidentia Papa V. animo repens, quę & quā graui inconuenientia & absurda ex occultis beneficiorū ecclesiasticorū resignationibus & cessionibus in dies oriantur, Cum sepe contingat q̄ occultē resignantes vel cedentes hmōi, etiā post resignationē vel cessionē per eos factas, non solū fructus ex beneficijs sic cesis, vel resignatis prouenientes, indebitē percipiunt, sed etiam (quod grauius est dolēdum) tanquā veri Prælati vel beneficiati, sacramēta ministrant, ordines cōferunt, & indulgētijs Christifidelibus concedunt, in maximū animarū periculum, & scandalū plurimorum, Nonnunquā etiā cum eisdem resignantibus, vel cedentibus tanquā cū veris Prælatis

Proprij.

xcviij

latis aut beneficiatis contrahentes, illisq; decimas, census, oblationes, & alia iura ecclesiastica persoluentes, illa postmodum veris Prælatis seu beneficiatis iterum soluere, & ab illis intrusis non sine maximo ipsorum soluentium dāno & incōmodo repetere coguntur: plerumq; etiam ordinarij collatores, ac etiam Romani Pontifices pro tēpore existentes, beneficia huiusmodi occultē resignata vel cessa per obitum ipsorum resignantium vel cedentium vacare existimantes, illaq; tanquam per obitum vacantia conferētes, detecta postea resignatione vel cessione prædicta simul cum personis prouisis grauius deluduntur, & fraudantur: ac etiam considerans quātum in beneficijs ecclesiasticis ea quę hereditarię successionis imaginem referunt, canonicis sanctionibus sint odiosa, ac sanctorum Patrum decretis contraria: Quodq; propter varias & diuersas fraudes & malitias quę in dictorum beneficiorū resignationibus, seu iurium in illis vel ad illa competentium cessionibus (quas maximē puritas simplicitasq; decet) quotidie excogitantur & adhibentur, plerumq; beneficia huiusmodi, quasi iure hereditario occupata detinentur: Et propterea ne absurda & inconuenientia prædicta de cetero oriatur prouidere, illaq; à templo & sanctuario Dei quā longissimē submo uere, ac animarum periculis, necnon fraudibus & malitijs huiusmodi occurrere cupiens, presenti sua perpetuo valitura constitutione, voluit, statuit, & ordinauit, quod quæ-

N cunq;

Motus

cunq; distorum beneficiorum resignationes, aut iurium cessiones, tam in manibus suæ sanctitatis, quam cuiuscunque Romani Pontificis sui prædecessoris, aut successoris, aut cuiusuis alterius etiam loci ordinarij vsque in diem publicationis præsentis constitutionis factæ, & quas imposterum fieri contigerit sub infra scriptis modo & forma, & nõ aliter publicari, ac ad eorum ad quos spectat notitiam deduci debeant, videlicet resignationes & cessiones iam factæ (si illarum vigore, possessio nondum fuerit per resignatarium vel cessionarium apprehensa, etiam si super illis consensus præstiti fuerint) necnon ex quas infra tempus inferius designatum, à quo præsens cõstitutio obtinere incipiet, si quidem extra Roman. Curiam factæ extiterint infra unum, si vero in eadem curia, infra sex menses à die qua eadem cõstitutio sic ut præfertur obtinebit, numerandos: Reliquæ vero quas post dictam diem fieri contingerit, si quidem extra curiam similiter infra unum: Si vero in ipsa curia fiant, infra sex menses à die datæ supplicationis resignationum seu cessionum eorundem: non autem à die præstiti seu præstandi consensus computan. in Ecclesia ipsius beneficij, ac etiam in Cathedrali, vel Metropolitana, vel alia superiori Ecclesia, cui beneficium ipsum resignatum vel cessum immediate subest, si quidem beneficium extra Cathedrali Ecclesiam situm est vel fuerit: Si vero beneficium huiusmodi in Cathedrali vel alia superiori Ecclesia

Proprij.

xcviij

si extiterit, in ipsa sola dum inibi populi multitudo ad divina audienda cõuenerit, publicè ac alta & intelligibili voce, ita q; ad omnium in eadem ecclesia præsentium notitiã verisimiliter peruenire possit, per ipsos resignantes vel cedentes, aut resignatarios vel cessionarios, vel alium seu alios eorum nomine publicentur: Ipsiq; resignatarij vel cessionarij realem & actualem possessionem beneficiorum huiusmodi realiter & cum effectu apprehendere, vel saltem illam infra prædictum unius vel sex mensium terminum ab his ad quos illi traditio de iure vel de consuetudine spectat, vere & non fictè seu perfunctorie cõgruo loco & tempore petere debeant. Et si beneficia ipsa etiam quo ad possessionem tantum litigiosa & per alios possessa fuerint, vel eorum possessio ex qua uis capi seu apprehendi non possit, si litem huiusmodi in dicta curia nunc aut in futurum tendere contigerit, ultra præmissa, literas de super expeditas vel saltem instrumentum consensus cum data supplicationis, ac etiam cum designatione libri & folij in quibus supplicatio huiusmodi registrata fuerit, infra mensem à die eiusdem datæ: non autem à die præstiti consensus numerandum in actis Notarij causæ & litis huiusmodi realiter, & cum effectu præsentare, illumq; in eisdem actis annotari facere: Et insuper quod in omnibus & singulis casibus supradictis, resignatarij seu cessionarij eorumq; successores vel causam ab eo quomodolibet habentes cõsensum ante

N ij

obitum

Motus

obitum resignantis vel cedentis, etiam si supplicatio per eundem resignantem vel cedentem, seu eius procuratorem porrecta fuerit, in libris Camere vel Cancellarie, si quidem resignatio vel cessio huiusmodi in ipsa Curia, alias si extra Curiam facta fuerit vel fiat, in actis Episcopalis, seu Archiepiscopalis vel alterius superioris curie, cui beneficium ipsum immediate subest, extensum fuisse legitime docere seu probare teneantur: alioquin resignationes & cessiones ac extensiones consensuum huiusmodi aliter, quam ut prefertur publicate seu facte cum omnibus inde sequentibus & sequendis, etiam nouis prouisionibus, ac alijs cessionibus & retrocessionibus ceterisque, quibusuis gratijs nullas & inuolidas nulliusque roboris vel momenti fore ac fuisse & esse, statuit, & ordinauit. Et premissa omnia & singula etiam in quibuslibet beneficijs consistorialibus & ut prefertur litigiosis, etiam si resignantes vel cedentes extra possessionem eorundem beneficiorum ciuilitate vel naturaliter decesserint, ac etiam si resignationes & cessiones prefate ex causa permutationis vel cum reservatione omnium & singulorum fructuum reddituum & prouentuum, ac quotidianarum distributionum propria auctoritate vel alias percipient. & cum reservatione tituli, administrationis seruitij ac stalli, et alias quomodocumque & qualitercumque, etiam in fauorem alicuius ex Scriptoribus apostolicis, aut alijs Romane curie officialibus, ac etiam in fauorem alicuius ex sancte Romanę

Proprij.

xcix

manę ecclesie Cardinalibus hactenus factę extiterint, aut etiam in futurum fieri, & resignatarios vel cessionarios ipsos infra dictum unius vel sex mensium spacium cedere vel retrocedere contingat locum habere, & suum locum obtinere uoluit & expresse declarauit: Sicque & non aliter per quoscunque Iudices & commissarios quauis etiam apostolica auctoritate fungentes etiam causarum Palatii apostolici Auditores, & ipsius sancte Romanę ecclesie Cardinales in quauis causa & instantia, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi & interpretandi facultate & auctoritate iudicari & diffiniri debere, irritum quoque & c. decreuit. Ceterum ut presens constitutio facilius omnibus innotescat: Sanctitas sua uoluit & mandauit quod eadem constitutio non solum in Cancellaria apostolica (ut moris est) sed etiam ad ualuas Basilicę Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Florę publicetur, illiusque exempla in eisdem locis affixa dimittantur, & inter constitutiones perpetuas describatur & annotetur: Quodque omnes & singulos, quos illa concernit, presentes quidem in curia statim lapso mense a die dictę publicationis numerando. Ceteros uero intra montes degentes, tribus: ultra uero ipsos montes commorantes, sex mensibus decursis perinde ardeat, ac si eisdem personaliter intimata fuisset, cum non sit uerisimile apud eos manere incognitum, quod tam patenter fuerit publicatum.

N iij

Placet

Motus

Placet, describatur, & publicetur M.

¶ Lecta & publicata fuit supradicta Constitutio & ordinatio Romæ in Cancellaria Apostolica anno incarnationis Dominicæ millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, die vero Iouis secunda mensis Septemb. Pontificatus præfati Sanctiss. D. N. Pij PP. quinti anno tertio.

A. Lomellinus Custos.

¶ Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, in dictione vndecima, Die vero Iouis secunda mensis Septembris. Pontificatus sanctiss. D. N. Pij diuina prouidentia Papæ quinti, anno tertio supra scripta sanctio, & constitutio Apostolica affixa, & publicata fuit ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in acie Campi Floræ dimissis in supradictis locis illius copijs affixis per nos Io. Freile, & Iulium Parinum prælibati sanctiss. D. N. Papæ Cursores.

Io. Andreas Panizza Magister Curs.

San.

Proprij.

¶ SANCTISS. D. N. D. PII PP. V.
CONSTITVTIO.

¶ De priuatione Clericorum propter incontinentiam, & eorum traditione brachio seculari.

Ad perpetuam rei memoriam.

Horrendum illud scelus, quo pollutæ fœdatæque ciuitates tremendo Dei iudicio conflagrarunt, acerbissimum nobis dolorem inurit, grauiusque animum nostrum commouet, vt ad illud quantum potest comprimendum, studia nostra conferamus. Sanè Lateranensi Concilio dignoscitur constitutum, vt quicumque Clerici, illa incontinentia quæ contra naturam est, propter quam ira Dei venit in filios diffidentia, deprehensi fuerint laborare, à Clero deiciantur, vel ad agendam in Monasterijs poenitentiam detrudantur. Verum ne tanti flagitij contagium, impunitatis spe, quæ maxima peccandi illecebra est, fidentius inualescat, Clericos huius nefarij criminis reos, grauius vlciscendos deliberauimus, vt qui animæ interitum non horrescunt, hos certe deterreat ciuiliū legum vindex gladius secularis. Itaque quod nos iam in ipso Pontificatus nostri principio, hac de re decreuimus, plenius nunc, fortiusque persequi intendentes: Oēs & quoscūq; Presbyteros, & alios clericos seculares, & regulares, cuiuscunq; gradus & dignitatis, tā dirū nefas exercentes, ōni priuilegio clericali,

N iij cali,

Motus

cali, omnique officio, dignitate, & beneficio Ecclesiastico presentis Canonis auctoritate priuamus: ita quod per Iudicem ecclesiasticum degradati, potestati statim seculari tradantur, qui de eis illud idem capiat supplicium, quod in laicos hoc in exitio deuolutos, legitimis reperitur sanctionibus constitutum. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae priuationis, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romae, apud sanctum Petrum: Anno incarnationis Domini, Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, Tertio. kl. Septembris. Pontificatus nostri anno tertio.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

¶ Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo sexagesimo octauo Indictione vndecima, die vero tertia mensis Septembris, Pontificatus Sanctiss. in Christo patris Pij Papæ quinti anno tertio, retrospectæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, Cancellariæ Apostolicæ, & in acie Campi Floræ, per nos Antonium Clerici, & Christianum de Monte prælibati sanctissimi domini nostri Papæ Cursores.

Io. Andreas Panizza Magister Cursorum.

San

Proprij.

cj

¶ SANCTISS. D. N. D. PII PP. V.

- ¶ Reuocatio Priuilegiorum cōcessorum Officijs Ro. Cu. Quod Laici, Bigami, & Clerici coniugari de cetero nō possint habere Pensions, aut alias res Ecclesiasticas, nec ipsi, nec Clerici, eas quas habent transferre.
- ¶ Reuocatio similium Priuilegiorum, concessorum Militijs, & Hospitalibus.
- ¶ Moderatio Priuatarum dispensationum, concessarum Militibus, & fratribus Militiarum, singulatim.
- ¶ Reuocatio Priuilegiorum Militiarum, & Hospitalium concedendi expectatiuas, vniendi, & supprimendi beneficia, erigendi Præceptorias, appropriandi fructus, & proprietates beneficiorum suis Militijs, & Hospitalibus.
- ¶ Reuocatio facultatum testandi concessarum Militijs, & Hospitalibus, eorundemq; Militibus, & Fratribus.

¶ Ad perpetuam rei memoriam.

Sacro sanctum Ecclesiæ Dei statum integrum, & incolumem præstare officij nostri cum sit, quæcunque illi detrimentum afferre noscuntur nostra nos decet consideratione mouere. Sane tantæ tanque immoderatæ de rebus dominicis, etiam extra ordinem Ecclesiasticum largi-

tionem

Motus

tionem, ijs nouissimis temporibus succreuisse perhibentur, vt iam opima quæque alieni sensim exhauriant, & quod in fouendis multiplicandisque; Ministris ecclesiasticis, fundâdis Seminarijs, alendis pauperibus, recreandis infirmis, instaurandis Ecclesijs, fulciendis ædibus vetustate consumptis, educendis Viris religione & doctrina claris, quibus ecclesia ipsa tantopere dignoscitur indigere, id fere vniuersum multitudo præripiat Laicorū: Hinc manifesta nos impellit necessitas, vt hac indomita cupiditate repressa de cōmuni Ecclesiæ salute consulamus. At qui omnia incommoda statim vbique facile subducere non valemus, ea saltem quæ nobis proxima sunt, & ante oculos frequentius obuersantur, in primis tollere curabimus, vt cæteri omnes cum venerit vsus, æquiore animo similia patiantur. Itaque de nobis attributæ potestatis plenitudine, Reuocamus, & abolemus omnia, & quæcunque priuilegia, facultates, dispensationes, & indulta Militum Sancti Petri, Sancti Pauli, Sancti Georgij, Pij, de Laureto, & de Lilio, necnon Secretariorum Cubiculariorum, & Scutiferorum apostolicorum, ac quibuscunque alijs Romanæ Curia, & apostolicæ Sedis Collegijs, & officijs, tam in dicta Curia, quam extra eam constitutis, ipsorumque personis, necnon Conclauistis, de pensionibus, fructibus, & alijs rebus Ecclesiasticis, etiam ad certam, & determinatam summam, & quantitatem constitutis per
cle.

Proprij.

cij

Clericos coniugatos, bigamos, & alios Laicos obtrudendis, & eisdem per ipsos, ac alijs similibus per alios Clericos in alium, vel alios transferendis, per quoscunque Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac nos, & prædictam Sedem, tam in ipsorum officiorum institutione, quam deinceps quodocunque, & quotiescunque, etiam per modum statuti perpetui, ac initi & stipulati contractus, & alijs sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis restitutionibus, præseruationibus, mentis attestationibus, derogatorijs derogatorijs, alijsque fortioribus efficacissimis & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque simili potestatis plenitudine, etiam pro defensione fidei catholicæ, aut dictæ Sedis, & quibuscunque alijs causis quantumlibet grauibus urgentibus necessarijs & onerosis, ac etiam consideratione intuitu contemplatione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum, aliorumque Principum, necnon Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinalium, deque illorum consilio, & matura deliberatione prius desuper habita, concessa, confirmata, ac etiam multiplicatis vicibus innovata, extensa, & moderata: Ita quod deinceps illorum sic reuocatorum prætextu: Laici etiam extra coniugium, & in celibatu viuentes, ac bigami, & Clerici coniugati nullas nouas pensiones, aut fructus, aut
omnino

Motus

aut omnino alias res Ecclesiasticas habere, nec ipsi, etiam qui coniugati non sunt, si ad primas, aut alias nuptias transferint, antiquas deinceps percipere, Clerici vero, & alij matrimonium etiam cum vnica, & virgine contracturi, postquã illud contraxerint, nec antiquas retinere, nec novas assequi possint: Sed nec vlli laici, nec Clerici priuilegio transferendi pensiones, fructus, aut alias res huiusmodi de cetero poriantur. Decernentes omnes transferendi facultates ex nunc: Antiquas vero pensiones, & alias reservationes, tam Laicis, quam Clericis concessas, & quas ipsos Clericos habere contigerit, per futurum contractum Matrimonij huiusmodi extinctas esse. Ac etiam reuocamus, et abolemus omnia, et quaecunque priuilegia, facultates, dispensationes, et indulta obtinendi, et transferendi similes, vel dissimiles pensiones, fructus, et alias res Ecclesiarum, Monasteriorum, et aliorum beneficiorum, et officiorum Ecclesiasticorum, secularium, et regularium sancti Iacobi de Spatha, de Calatraua, de Alcátara, Iesu Christi, et sancti Stephani, ceterisque militijs, necnõ sancti Lazari Hierosolymitani, ac õnibus, et singulis alijs hospitalib⁹, eorũq; militibus, fratribus, et personis, tã clericis, quã cõiugatis, etiã modo, et forma prædictis, et ex eisdẽ, ac quibuscũq; alijs fortioribus causis concessa, approbata, et etiam à nobis moderata, et restituta: Ita quod ipsi siue coniugati, siue bigami, siue Clerici, siue etiam præbyteri nullas de cetero

Proprij.

cij

cetero recipiant, sed eas solas quas nunc habent sine facultate ipsas transferendi retineant, & eę quoque per futurũ contractum matrimonij extinctæ censeantur. Omnes vero priuatas dispensationes, et gratias habendi & retinendi pensiones, fructus, et alias res ecclesiasticas Militibus, et fratribus quibuscunque Militiarũ, et Hospitaliũ prædictorũ, tam à nobis, quam à prædecessoribus nostris, & dicta Sede hucusque singulatim concessas, ita moderamus, et restringimus, vt illarũ vigore soli Milites, et Fratres non cõiugati, nec bigami, nouas deinceps pensiones, aut fructus, aliasq; res Ecclesiasticas recipiant, & in cõlibatu viuentes illas, et alias iam recepras duntaxat percipiant. Alij vero, etiã cum vnica, & virgine coniugati, si rursus matrimonium cõtraxerint, eas omnes, quas nunc habent per huiusmodi contractũ amittant, nec illę ipsis vltius debeantur, simili facultate transferendi, tã antiquas, quã futuras pensiones fructus, & res huiusmodi omnibus prædictis, etiã nõ coniugatis ex nunc penitus interdicta, et suppressa: sed nec vlli Milites, aut fratres, et simplices clerici, vel præbyteri prætextu huiusmodi dispensationum, et gratiarum aliqua simplicia aut alia beneficia Ecclesiastica secularia, aut aliorum ordinum regularia etiam nullum omnino onus, aut seruitium habentia, aut prætensionia deinceps recipere, et retinere possint: Ad hæc quoque reuocamus, et abolemus omnia, et quę cęque priuilegia facultates, licentias, et indulta Ma-

gistris

Motus

gistris, & conuentibus, alijsque personis, & locis Militiarū, & Hospitalium prædictorū, eorumq; personis, etiā vt prædictum est concessa, confirmata, extensa, & moderata concedendi expectatiuas, reservationes, & alias gratias præuentiuas ad Prioratus, Præceptorias, Hospitalia, & alia beneficia, & officia Militiarum, & Hospitaliū prædictorū. Itēque vniendi, & incorporandi perpetuo, vel ad tempus, & supprimendi beneficia ecclesiastica cum cura, & sine cura secularia, & quorumuis ordinum regularia, necnon Præstimoniam, Eremitoria, & Hospitalia, etiam de iure patronatus Laicorum ex fundatione, & dotatione existentia, ac etiam nullum penitus seruitium, aut ordinē annexū, seu aliud onus qualecunque habentia, etiam ruinosa, & deserta, ac etiam sponte à patronis oblata, vel donata, illorumq; fructus, res, & proprietates applicandi, & appropriandi Militijs, & Hospitalibus supradictis, seu beneficia ipsa in monasteria prioratus præceptorias, beneficia, hospitalia, & alia loca Militiarum & Hospitalium eorundē erigēdi, & instituendi, ac alias cōmutandi, & reformandi: ac etiam oēs, & singulas expectatiuas, reservationes, & alias gratias præuentiuas speciales, & generales: necnō vniones, annexiōes, & incorporaciones perpetuas, & téporales, suppressiōes, applicatiōes, appropriaciones, & alias dispositiones huiusmodi beneficiorū, & fructuū per Magistros, conuentus, & alios prædictos hucusque factas, & concessas, ac etiā dicta

apo-

Proprij.

ciij

apostolica auctoritate, & ex certa scientia cōfirmatas, quæ plenarium nōdum sunt suū sortitæ effectum. Præterea oēs & quascunque licencias, & facultates testādi, & alias quomodocunque disponēdi, etiam ad certā, & quantūuis modicam summā, & quantitatem, de rebus, fructibus, & bonis immobilibus, mobilibus, & semouentibus ad Magistros, Priores, Præceptores, Milites, Fratres, & personas Militiarum, & Hospitaliū prædictorū ratione illorum, necnon Præceptoriarum, Hospitaliū, & beneficiorū ecclesiasticorum, etiā secularium, & aliorū ordinū regulariū, ac pensionū, & fructuū quorūcunque prouenientes, necnon facta hucusque, non tamē effectū sortita vigore licentiarum, & facultatū prædictarū testamenta, & alias dispositiones huiusmodi, etiā si per easdē licētiās, & facultates disponatur, quod dimidia, vel alia pars rerum, & bonorum prædictorū Militijs, Hospitalibus, Domibus, & locis, vnde illa prouenerint, aut alijs pijs locis relinquuntur: Decernentes oēs, et singulas reservationes, assignaciones, trāslatiōes, vniones, annexiones, incorporaciones, suppressiones, applicatiōes, appropriaciones, testamenta, donationes, & alias dispositiones quascunque, quas pretextu privilegiorum, facultatum, dispensationum, et indultorum prædictorū sic reuocatorum ac contra præsentium tenorē per quoscunque, et dicta apostolica auctoritate fieri, vel facta psequi cōtigerit, tāq; surreptas, et extortas nullū prorsus roboris et momenti

esse

Motus

esse, nec per eas ius, aut titulum etiam coloratum cuiquam
acquiri, nec quęquam quocunq; tempore quauisq; cau-
sa restitutionem, in integrum reductionem ad terminos iu-
ris, aut quoduis aliud gratię, vel iustitię remedium impe-
trare, aut etiam ab alio, vel alijs impetratis, aut motu simi-
li concessis vti, nec presentes literas de surreptionis, vel ob-
reptionis, seu nullitatis vitio, aut intencionis nostrę, vel alio
quopiam defectu notari, vel impugnari, nec sub vllis reuo-
cationibus, suspensionibus, limitationibus, aut alijs cōtra-
rijs dispositionibus similium, vel dissimilium reuocationū
& ordinationum ab ipsa Sede quocunq; & quomodo-
cunq; emanādis comprehendendi, sed semper ab illis ex-
ceptas, & quoties illę emanabunt toties in pristinum, &
validum statum restitutas, et plenarie reintegratas esse, et
censeri: Sicque in ijs, ac omnibus, et singulis alijs supradi-
ctis per quoscunq; iudices ordinarios, & delegatos, etiā
causarum Palatii apostolici auditores, ac sanctę Romanę
Ecclesię Cardinales in quauis causa, & instantia, sublata
eis, et eorum cuilibet quauis aliter interpretandi, et iudicā-
di facultate, et auctoritate vbique interpretari, iudicari, et
diffiniri debere, necnon irritū, et inane quicquid secus per
quoscunq; quauis auctoritate scienter, vel ignoranter cō-
tigerit attentari. Volumus autem similium priuilegiōrū,
dispensationum, facultatum, et indultorum cōcessionem
nostris explodi temporibus, & quod nobis licere non pati-
mur,

Proprij.

CV

mur, nostris successoribus indicamus. Non obstantibus pre-
missis, & nostra de non tollendo iure quęsito, alijsq; cō-
stitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac collegiorū
officiorum Militiarum, Hospitalium, conuentuum, nec-
non sancti Benedicti Cisterciensis, sancti Augustini, & ali-
orum ordinum & regularum quorum Militia, & Hospi-
talia predicta sunt iuramento, confirmatione apostolica,
vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, consuetudini-
bus, stabilimentis, vsibus, & naturis quantocunq; tēpo-
re obseruatis, necnon foundationibus eorūdem, alijs quo-
que priuilegijs, indultis, exemptionibus, & literis aposto-
licis illis omnibus ipsarumque Militiarum, & Hospitaliū
Magistris, Conuentibus, Prioribus, Preceptoribus, Militi-
bus, Fratibus, & personis per quoscunq; Romanos Pō-
tifices prædecessores nostros ac nos, & predictam Sedem,
etiam per modum statuti perpetui, ac initi, & stipulati cō-
tractus, seu quasi, necnon motu, scientia, & potestatis pleni-
tudine similibus, ac etiam consideratione intuitu contem-
platione, vel ad instantiam Imperatoris, Regum, Ducum
aliorumque Principum, sanctęque Romanę Ecclesię Car-
dinalium, ac de eorum consilio, & assensu, etiam consistori-
aliter habito, tam pro Militiarum, Hospitalium, & regu-
larum huiusmodi restitutione, & ampliatione, quam alijs
quomodocunq; ac sub quibuscunq; tenoribus, & for-
mis, necnon cum quibusuis restitutiuis, preseruatuiuis, an-
nulla-

Motus

nullatenus, derogatoriarum, derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis quotiescunq; concessis, confirmatis, & etiã iteratis vicibus extensis, & moderatis, etiã si in eis, ac statutis, stabilimentis, & fundatione predictis caueatur expresse, quod nunquã predicta reuocata, vel moderata, aut immutata intelligantur, nec illis in toto, vel in parte derogatum censeatur per quascunq; literas, etiã derogatoriã derogatorias, ac alias fortiores, & efficaciores clausulas in se continentes, nisi dñi, & quoties de illorum, ac etiã certarum specialium literarũ apostolicarum in de confectarũ vere, non autẽ per clausulas generales, vel speciales idem importates inserto tenore, ac de simili Cardinaliũ consilio, & semper in huiusmodi quã sic fierent de consilio predicto derogationes, & alię dispositiones censeretur apposita clausula, quod tunc demũ, nec aliter, nec alio modo effectum fortiantur, cum Magistrorum, & Conuentuum predictorũ ad id accedat assensus, quodque derogationes, & alię dispositiones huiusmodi aliter effectum non habeant nisi huiusmodi derogationes, & alię dispositiones consistorialiter factæ, & per trinas distinctas literas eundem tenorem continentes tribus distinctis vicibus Magistris, & Conuentibus predictis fuerint intimatæ, eorumq; pariter ad id expressus accedat assensus, aliter vero factæ viribus, & effectum omnino careant, ac Magistri, & Conuentus predicti ad

paren

Proprij.

cvj

parendum illis, & decretis desuper processibus, eorũque executoribus, & subexecutoribus ac ipsorum mandatis, & monitionibus minime teneantur: sed literarum huiusmodi executionem omnino impedire, nec ratione resistẽtiæ censuris ecclesiasticis, etiam per ipsos executores, vel subexecutores latis innodari possint. Quibus omnibus etiã si alias de eis eorumque totis tenoribus specialis specifica expressa & indiuidua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi, ac si de verbo ad verbum infererentur presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes, harum serie specialiter, & expresse derogamus: Et quatenus effectum presentium quoquomodo impedire, vel retardare, vel illis obesse possent omnino tollimus, & abrogamus, ceterisque contrarijs quibuscunq;. Vt autem presentes literæ omnibus plenius innotescant, mandamus illas ad valvas Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & in Cancellaria Apostolica, necnon acie Campi Floræ publicari, earumque exempla de more affigi, & in dictæ Cancellariæ libro Quinterno nuncupato describi. Volumusque, & decernimus ipsarum presentium exempla etiam impressa, manuque Notarij publici, & sigillo Prælati Ecclesiastici, aut illius Curie obsignata, eandem

O ij illam

Motus

illam vbiq; locorum fidem faciant quam ipse presentes
ficerent si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino
hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, aboli-
tionis, moderationis, restrictionis, derogationis, mandati,
decreti, sublationis, abrogationis, & volûtatis infringere,
vel ei ausu temerario contraire: Si quis autê hoc attentare
presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac Bea-
torum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incur-
surum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, Anno In-
carnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexage-
simo octauo, Quinto idus Septembris, Pontificatus nos-
tri Anno Terrio.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

¶ Anno à Natiuitate Domini millesimo quingentesimo
sexagesimo octauo, die vero decima tertia mensis Septe-
bris, in dictione vndecima, Põtificatus sanctissimi in Chri-
sto patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ quin-
ti anno tertio, retrospectæ literæ Apostolicæ affixæ, & pu-
blicatæ fuerunt ad valuas Principis Apostolorum de Vr-
be, & Cancellariæ Apostolicæ, ac acie Campi Floræ, ibiq;
dimissis copijs affixis per nos Ioannem Andream Rogeri-
um, & Io. Andream Panizzã prelibati sanctis. D. N. Pa-
pæ, ac sanctæ Sedis Apostolicæ Cursores.

Iulius Parinus Magister Cursorum.

San

Proprij.

cvij

¶ SANCTISS. D. N. PII PAPÆ V.
EXTENSIO.

¶ Concilij Tridentini Sess. xxj. cap. ij. quod incipit. Cum
non deceat, loquendo de clericis secularibus ad cleri-
cos regulares, non professos, quod non promoueatur
ad sacros Ordines, nisi seruata forma dicti Decreti.

¶ P I V S Episcopus seruus seruorum Dei
ad perpetuam rei memoriam.

Romanus Pontifex sacrorum Conciliorum auctor &
Rinterpres, illa quæ in huiusmodi Concilijs à pruden-
tibus patribus in Spu sancto legitime congregatis salubri-
ter sana sunt, pro sui pastoralis officij debito dū equitas, ho-
nestas, & decus suadet sicuti declarare, & moderare, ita et
ad alios casus extendere consuevit. Sane cū nō deceat diui-
no ministerio ascriptos cū ordinis dedeore medicare, aut
sordidum aliquem quæstū exercere, sacro Tridentino Cõ-
cilio inter alia decretum fuit, nequis deinceps clericus sæ-
cularis, quamuis alias moribus, scientia, & ætate esset ido-
neus, ad sacros ordines promoueretur, nisi prius legitime
constaret eum beneficium ecclesiasticum, quod sibi ad vi-
ctum honeste sufficeret, pacifice possidere, vel alias ordi-
nari non posset, nisi iuxta Decreti ab ipso Concilio desu-

Q ij

per

Motus

per editi formam, & tenorem. Cum autem nulla huiusmodi Decreto religiosorum clericorum mentio facta fuerit, ac propterea nonnulli (vti moleste accepimus) certorum ordinum religiosi, seu canonici, vel clerici intra claustra monasteriorum, seu domorum more regularium in communi viuentes, qui nunquam, seu non nisi ad certum tempus professionem emittunt, & ex claustro exire, vel dimitti, & ad seculum redire libere & licite possunt, religionis prætenu absque titulo sufficientis beneficii, nec iuxta dicti Decreti tenorem, ad sacros ordines se promoueri prætendunt, & à nonnullis Episcopis passim promoueantur, atque inde plerumq; illud inconueniens eueniat, vt sic promoti, & è claustro exeuntes, & per seculum vagantes vel mendicare, vel sordidum quæstum exercere, non sine ipsorum dedecore, ac ordinis vilipendio, & quam plurimorum Christifidelium scandalo cogantur. Nos igitur qui singulorum Dei Ministrorum honorem, & decus (quantum in nobis) est sinceris exoptamus affectibus, Motu proprio, & ex certa nostra scientia deq; apostolicæ potestatis plenitudine hac perpetuo valitura sanctione decretum prædictum de clericis secularibus loquens ad omnes & singulos etiam cuiuscunque ordinis clericos religiosos, siue seculares more religiosorum viuentes in communi non professos harum serie extendimus, & ampliamus: ac religiosi, & alijs prædictis non professis, vt ad sacros ordines promoueri, nec

non

Proprij.

cvij

non omnibus & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis gratiam, & communionem Sedis apostolicæ habentibus, vt ordines ipsos huiusmodi religiosi personis impendere, nisi obseruata forma dicti decreti non valeant in virtute sanctæ obedientiæ, & sub indignationis nostræ pœna interdiciamus, & prohibemus, ac contrafacientes per annū à præstatione talium ordinum ipso iure suspendimus. Statuentes, & decernentes promotiones quarumlibet religiosarum personarum prædictarum ad ordines huiusmodi contra ipsius decreti Concilij Tridentini formam, etiam cuiusvis licentiæ illis ab apostolica Sede, vel illarum superioribus cuiuscunque dignitatis, status, gradus, & præminentie existant, etiã si Pontificali dignitate fungatur, vel Cardinalatus honore præfulgeant concessæ prætextu factas, executione prædictorum ordinum omnino carere, nullasq; profus, & irritas existere, sicq; promotas personas in altaris ministerio ministrare non posse: quinimo ministrantes priuilegijs, exemptionibus, immunitatibus, & alijs gratijs clericis concessis omnino priuari, & irregularitatis, aliasq; in dicto decreto contentas pœnas eo ipso incurrere, à quibus nisi à Romano Põtificè, vel in mortis articulo minime absolui possint. Nõ obstantibus quibusuis Constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, ac quorūuis Monasteriorum, & ordinum etiam iuramento, & confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia reboratis,

O iij

stac.

Motus

statutis, & consuetudinibus, priuilegijs, quoque indultis, & literis apostolicis, illis, illorumq; superioribus, & personis sub quibuscunque tenoribus & formis, ac cum quibusuis, etiam derogatorijs, derogatorijs, alijsq; efficacioribus, efficacissimis, restitutijs, & insolitis clausulis, irritantibusq;, & alijs decretis in genere, vel in specie, ac alias quomodolibet etiam iteratis vicibus concessis, confirmatis, innouatis. Quibus omnibus etiam si alias pro illorum sufficiency derogatione de illis illorumq; totis tenoribus specialis specifica expressa & indiuidua, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quæuis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, illorum tenores, formas, data, & decreta in illis apposita, ac si de verbo ad verbum infererentur presentibus pro sufficienter expressis, & insertis habentes illis alias in suo robore permanens hac vice dumtaxat specialiter, & expresse derogamus ceterisq; contrarijs quibuscunque. Et vt presentes literæ ad omnium notitiam perueniant, ne uel quis illarum ignoratia excusari possit, volumus, & apostolica auctoritate decernimus presentes literas ad valuas principis apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ apostolicæ, ac in acie Campi Floræ publicari, & earum exempla affigi, & imprimi, illarumque exemplis etiam in presens manu alicuius Notarij publici, & sigillo prelati ecclesiastici, vel eius curiæ ob signatis eandem prorsus fidem adhiberi

Proprij.

cix

beri, quæ ipsis presentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ extensionis, ampliationis, interdicti, prohibitionis, suppositionis, statuti, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum anno incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo. Pridie idus Octobris, Pontificatus nostri Anno tertio.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

¶ Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo octauo, indictione vndecima, die vero duodecima mensis Nouembris, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & domini nostri domini PII diuina prouidentia Papæ V. Anno tertio retrospectæ literæ Apostolicæ affixæ & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicæ principis Apostolorum de Vrbe Cancellariæ apostolicæ, & in acie Campi Floræ dimissis in superius expressis locis presentibus literis per aliquantulum temporis spacium affixis, & deinde vt moris est amotis per nos Thomam Gallarum, & Iulium

Motus

um Parinum prelibati Sanctiss. D. N. D. Pape V. sanctæ
apostolicæ Sedis Cursores.

Christianus de Monte Magister Curs.

QUIVILEVM AD IMPLORANDVM
diuinum auxilium pro defensione fidei Catholicę.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei ad futuram rei
memoriam.

Grauisissima maximaq; pericula in quibus nunc christi-
ana respublica, ob excitationes ab hominibus à fide Ca-
tholica aberrantibus in vniuersa Gallia etiã belgica armo-
rũ tumultus, versatur, iã potius peccatis populi exigentibus
deslere cogimur, quã referre. Siquidem nobilissimis, & olĩ
ipsa catholica fide insignibus Prouincijs, amplissimisq; re-
gnis per multos humani generis hoste instigãte, detestabi-
les, perniciosasq; opiniones secutos, à Romana Ecclesia, q̃
Christifidelium omnium mater est, & magistra temere deficiẽ-
tes, ad rãtas calamitates, & miserias illa redegisse animad-
uertimus, qd certe magnopere dolentes dicimus, vt modo
illi cõtractis in vnũ viribus conspirãtes, elatis, ac ferocibus
animis nõ solũ aduersus eũ, per quẽ Reges regnãt, & Prin-
cipes dominãtur, eiusq; sacra ac tẽpla impie insurgere, ve-
rum etiã contra eorũ Reges apertẽ summa vi rebellare, &
nefaria eis bella inferre, simulq; concitatis ad arma natio-
nibus, ac desperatis hominibus, numerosas quoq; externo-
rum

Proprij.

CX

rũ militum copias audacter cõparare, & validissimis exer-
citibus illos inuadere, atq; in magnum discrimen eorũ res
adducere, cũ ita deniq; ferro, flãma, sacrilegijs, cædibus fo-
dare, ac deuastare in presentia nitãtur, & moliãtur. Quibus
quidem tot, tantisq; malis & periculis permoti. Nos, qui in
Nauicula Petri illius successores, & Dñi nostri Iesu Chris-
ti in terris Vicarij, volẽte Domino, gubernacula tenem⁹,
& moderamur, ad officium nostrũ pastorale in primis per-
tinere existimauimus, ad auertendã iram Dei, qui culpa of-
fenditur, & pœnitẽtia placatur, conciliandamq; eius super
nos misericordiã, tuba exhortationis nostræ sæpẽ sonũ da-
re, sicut nobis ab eodẽ Domino per Prophetã dictum est:
Clama ne cesses, & quasi tuba exalta vocẽ tuam. Valde e-
nim consentancũ, & opportunũ esse censuimus, licet parti-
culares ad Deum p̃ces in ecclesijs Almę Urbis nostræ iã
antea ob id fieri mandauerimus, etiã ad vniuersales effũde-
das, fideles quoslibet spiritualibus muneribus inducere, vt
multiplicatis intercessoribus Christiani populi ope diuinę
misericordiæ adiuti facilius à presentibus periculis liberen-
tur. Nos namq; , tum hortando, tum monendo gregem
Dominicum omni qua possumus cura, ac sollicitudine ad
orationes recitandas, ieiunia celebranda, elemosynas ero-
gandas, quibus præcipue operibus Dei optimi maximi ira
mitigari placariq; consuevit, libenter inuitare solemus, at-
que etiam debemus. Quare ex parte õnipotentis Dei õnes
& fin.

Motus

& singulos vtriusq; sexus Christi fideles, tam in alma Vrbe nostra, quam in quibuscunq; Regnis, Dominijs Prouincijs, Ciuitatibus, Oppidis, Terris, & locis p vniuersū Christianū orbem cōstitutos auctoritate apostolica paternè enixeq; requirimus, monemus, & hortamur in Domino, vt ea hebdomada, cū praesentes ad eorū notitiā peruenerint, ad Dominum humili, & contrito corde, conuertantur, & ad peccatorū suorum confessionem se preparare studeant, & quocunq; die hebdomadē huiusmodi quem maluerint peccata sua confessori, vt infra confiteantur, ac quarta & sexta ferijs, necnon die sabbati eiusdē vel alterius imediate sequentis hebdomadē, qui impediti nō fuerint ieiunent, orationes deuotè recitando, & eleemosynas qui illas dare poterint, Christi pauperibus iuxta vniuscuiusq; deuotionē erogādo, qui vero eas dare nequiuerint in tot orationibus pro defunctorum animabus compensando, demū die Dominico Sabbatum huiusmodi imediate sequente cōfessi, & contriti sacratissimam Eucharistiā reuerenter, & deuotè suscipiant, pijsq; ad altissimū preces fundant, vt Domin⁹ Deus sabbahot salutare auxiliū de sancto suo mittere, ac Prouincias, & regna praedicta propugnatoresq; nostros ab ipsis hostibus tueri, atq; defendere, nosq; oēs ab imminētibus periculis liberare, ac fidē catholicā illic, & vbiq; protegere, & conseruare pro sua ineffabili pietate dignetur. Et nihilominus, vt Deum magis propitium reddere valeamus.

Nos

Proprij.

cxj

Nos ipsi solennes indicere supplicationes, processionesq; vna cum venerabilibus fratribus nostris sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalibus, Christianorumq; Regum, & Principum oratoribus apud nos existentibus, omnibusq; Praelatis, & Romanae Curiae magistratibus die Dominico qui erit vigesimus primus praesentis mensis Nouembris a Basilica S. Petri vsq; ad ecclesiam S. Spiritus in Saxia, & deinde die Mercurij subsequente, ab eadem Basilica S. Petri vltique ad Ecclesiam Beatae Mariae supra Mineruam, die vero Veneris ex tunc proxime futuro ab ipsa Basilica S. Petri ad Ecclesiam sancti Laurentij in Damaso facere, in eis que concedente Domino incedere decreuimus. Vt autē praemissa purius, & commodius ab ipsis fidelibus fieri possint, de tradita nobis diuinitus potestatis plenitudine Ecclesiae Thesaurus, quorum nos in domo Domini meritis licet insufficientibus Dei benignitate, & clementia dispensatores effecti sumus, copiosè, ac benigne aperientes, omnibus & singulis Christi fidelibus supra dictis, vt hac vice tantum, cōfessores idoneos praesbiteros seculares, vel cuiusuis ordinis regulares ab ordinarijs approbatos eligere, qui eorum confessionibus diligenter auditis, eos & eorum quelibet à quibusuis peccatis criminibus excessibus, & delictis quantumcunq; grauibus, & enormibus etiam Sedi apostolicae referuatis etiam in Bulla quae in die canae Domini quorannis legi solet contentis, necnon a sententijs ac censuris Ecclesiasticis

tidis & penis, quas quomodolibet incurrerint, iniuncta inde eis pro modo culpę penitētia salutari, absoluerē (dictis aberrantibus, & deficientibus ab eadē fide catholica, ac eorū factoribus, receptatoribus, & illis credētibus, eorūq; libros sine auctoritate nostra & Sedis apostolicę sciēter quomodolibet legētibus, aut in domibus suis tenētibus vel imprimētibus, seu quouismodo illos defendētibus, aut officiū S. Inquisitionis sub quocūq; pretextu vel colore impediētibus, vel libros dānatos portātibus aut disseminātibus dūtaxat exceptis) ac vota quęcūq; per eos emissa, vltra marino castitatisq; & religionis votis dūtaxat exceptis, in alia pietatis opera cōmutare valeāt, dicta auctoritate apostolica per presentes concedimus pariter & indulgemus. Præterea nos eisdē Christifidelibus, qui præfata oīa adimpleuerint, aut si qui morbo, vel aliquo alio impedimēto detēti præmissa seu eorū aliqua facere nequiverint, illa in alia pia opera arbitrio suorū confessorū cōmutari possint, quibus super hoc facultatē impartimur, necnon ijs qui in itinere fuerint, si cū primū iter perfecerint, similiter, vt præfertur, præmissa adimpleuerint: de eiusdē omnipotētis Dei misericordia ac beatorū Petri, & Pauli apostolorū eius auctoritate cōfisi plenissimā, & eā quæ Christifidelibus ecclesias eiusdē Urbis, & extra eā ad id statutas āno Iubilei visitātibus cōcessa est, indulgentiā, & omniū peccatorū suorū remissionē dicta auctoritate apostolica tenore presentiū supradictis ōnibus mi-

sericor-

sericorditer in Dño concedimus, & elargimur. Districtius præcipiētes vniuersis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & quibusuis alijs ecclesiarū Prælaris, & locorū ordinarijs, vt statim cū presentes litteras, seu earū transumptū etiā impressum ad eos deferri cōtigerit, diebus supra nominatis ab ipsis statuēdis solemnes supplicationes ac processiones iuxta locorū opportunitatē respectiue ad effectū præmissorū indicant & celebrēt, ipsasq; presentes seu earū transumptū huiusmodi per suas prouincias, ciuitates, & diœc. sine vlla fraude aut lucro publicēt, & per ecclesiarū Parochos seu Rectores publicari faciāt. Declarātes insuper, tā presentes, quā alias quascunq; super concessione similiū vel dissimilium indulgentiarū à nobis & prædecessoribus nostris, hætenus emanatas, & in futurū quomodolibet emanandas litteras, Christifidelibus ipsis nisi ad earum effectum in foro conscientie, & poenitētiā cōsequendum duntaxat, non autem in foro fori, aut cōtentioso nisi satisfecerint ijs propter quę, censurę huiusmodi in eos latę fuerint vllatenus suffragari, eosdemq; Christifideles illis iuxta huius nostrę declarationis formam, & tenorem tantum, & non aliter nec alio modo vti, aut eis se iuuare quoquomodo potuisse, aut posse, quinimo eos in illas postmodum reincidisse, & in futurum reincidere debere, sicq; ab omnibus quauis auctoritate fungentibus cēseri & iudicari debere, irritumq; & inane, quicquid secus à

quo-

Mictus

quoquam quouis prætectu aut colore scienter, vel ignorãter attentatum forsan est hætenus, vel in posterum contigerit attentari. Non obstantibus quibusvis constitutionibus & ordinationibus apostolicis ceterisq; cõtrarijs quibuscunq;. Volumus etiam vt repetitis sæpe ac sæpius deuotis orationibus, misericors, & miserator Dominus ad respiciendam plebem suam eamq;, exaudiendum propensior reddatur, quod in quibuslibet ecclesijs Patriarchalibus metropolitanis Cathedralibus, & collegiatis secularibus, & regularibus, ac claustralibus singulis diebus ante altare maius quarumlibet ecclesiarum huiusmodi ante, vel post missarum solennia letanię cum præcibus illis adiunctis ab earumdem ecclesiarum personis ad implorandã facilius Dei pro præmissis misericordiã deuotè decantentur, diebus vero Dominicis vel alijs de præcepto ecclesię feriatis vltra ipsarum Letaniarum decantationem etiam processiones circa easdem ecclesias, vel earum ambitum, & claustra durãtibus periculis prædictis fieri omnino debeant: Quodque omnes & singulę alię personę ecclesiasticę, tam seculares, quam regulares dictas Letanias cum eisdem præcibus quo libet die ad auertenda pericula huiusmodi, si quas ecclesias habent, & in eis resideant in earum ecclesijs, vel alijs, seu suis domibus pariter recitare teneãtur: Et quod præsentium transumptis etiam impressis manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati aut personę in dignitate Ecclesiasti-

Proprij.

CXII

clesiastica constitutæ munitis eadem prorsus fides adhibeatur, quæ eisdem originalibus literis adhiberetur, si forèt exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominũ liceat hæc paginam nostræ concessionis indulti elargitionis præcepti declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario cõtraire. Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit indignationẽ omnipotentis Dei ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicæ 1568. Quinto decimo kl. Decembris Pontificatus Nostri Anno Tertio.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

¶ Fuit hoc volumine inestrũ propter generalem & perpetuã declarationem pontificiũ circa absolutionem à censuris, virtute cuiuscunq; Iubilei, quæ solũ iudicatur pdesse in foro interiori ad effectum consequendi Iubileum, non vero in exteriori absque debita satisfactione, prout in eo continetur.

¶ MOTVS PROPRIVS S. D. N. PII PP.
V. Auocationis ad se, & successores suos Ro. Pont.
quarumcunq; causarũ cõfidentiarum, tam motarum, & pendentium, quã in futurum
quomodolibet mouendarũ.

P

Pius

Motus
PIVS PAPA V.

Motu proprio, &c. Licet fœl. recor. Pius papa III. prædecessor noster postquã certã simoniacę prauitatis speciem beneficiorũ, cõfidentiã vocatam, quæ etiam in Ro. Cur. atque adeo in sacrũ Venerabilium fratrum nostrorũ, tunc suorum S. R. E. Cardinalium collegium quasi per cuniculos irrepserat, ac nonnullos ex ipsis fratribus nimia quadã facultate, seu potius importunis amicorũ familiariumq; præcibus adductos, beneficia in confidentiã hmõi recepisse, & tunc frequenter recipere intellexerat, hancq; illicitã beneficentiæ exercendæ, seu amicitia colendæ viã à tanto saltẽ collegio prorsus eliminare cupiens, eosdẽ fratres in suo consistorio secreto non semel admonuerat, huic aliena beneficia custodiendi modo ne assuescerent, neue illa hoc pacto reciperent, sed sic recepta dimitterent: cumq; ad aures suas peruenisset, eorum aliquos monitionis huiusmodi, immo potius suimet oblitos, ea quæ custodienda receperant beneficia, nondum tamen dimisisse: & insuper illos, & nonnullos alios etiam Patriarchas, Archiepiscopos & alios Episcopos, Ecclesias, Monasteria, dignitates, & alia beneficia in eorum fauorẽ resignata, cessa, vel aliàs dimissa, acceptasse, illaque in titulum cõmendam, vel administrationem, aut aliàs auctoritate Apostolica cõcessa, quandoq; in resignantium, vel cedentium, seu etiam aliorum

Proprij.

cxxiiij

rum fauorem cepisse, vel aliàs dimisisse, ac sibi propterea fructus Ecclesiarum, Monasteriorum, dignitatum, & aliorum beneficiorum huiusmodi in toto, vel in parte, ac regressus siue accessus & ingressus ad Ecclesias, Monasteria, & beneficia huiusmodi sibi reseruari procurasse, & obtinuisse (ad hoc videlicet, vt confidentes sic, decimarum apostolicarum, vel cõmunis dicti Collegij, & annatæ, aliorumq; iurium dictæ Cameraë debitorum solutionem eluderent) & alia tunc expressa fecisse in animarum suarum periculum, & perniciosum exemplum. His & alijs tunc expressis occurrere volens, per suas sub plumbo expeditas literas, Ecclesias, & Monasteria, ac beneficia hmõi ipso iure à die receptionis eorum vacauisse, & vacare, ac fructuum reseruaciones, vt præmittitur, factas, ac regressus, siue accessus, & ingressus concessos huiusmodi cessasse, & cessare, ac extinctos esse: & alia similiter tunc expressa decreuerit, & declarauerit, cõ inhibitionis, & decreti, ac alijs clausulis et tunc expressis, prout in ipsis literis plenius continetur. Tamen pro eo quod ipse Pius prædecessor sibi ipsi, & successoribus suis præmissorum & in eisdẽ literis contentorũ cognitionẽ, & dictarum literarum executionem, prout debeant, non reseruauit: cõ vt plurimum istę confidentiæ inter S. R. E. Cardinales, & Archiepiscopos, Episcopos, & alios potẽtes viros sint, & inferiores iudices ad eos, p̄ eorũ dignitatibus, gradibus, vel officijs, aut potẽtia, respectum

P ij habena

Motus

habentes, ac etiam quia nullus est, qui contra eos se instigatorem aut accusatorē ostendere, aut propalare velit iniustitia de super exhibenda, & ministranda, ac præfatis Pij prædecessoris literis exequendis se negligētes aut morosos reddunt. Quo fit, vt ad aures nostras, nō sine animi nostri displicētia vt peruenit nōnulli sacros canones, seu literas Pij prædecessoris hmōi parui pendentes non vereantur in animarum suarum perniciem ecclesias, etiam Cathedrales & metropolitanas, monasteria, prioratus, & alia beneficia secularia, & regularia in cōfidentiā (quam simoniacam prauitatem sapere non ignorāt) acceptare & retinere, seu illa in vim assertorum regressuū, siue accessuum & ingressuū sic vt præfertur eis concessorum & effectum, vt aiunt, sortitorum consequi & habere velle: nos qui post nostram ad summum apostolatus apicē diuina fauente clementia assumptionem inter alias nobis imminentes curas, hoc præcipue & maxime cordi habuimus, prout habemus hmōi cōfidentias de medio tollere, & in sua pertinacia circa huiusmodi ecclesiarum monasteriorum & beneficiorum detentionē, seu assentionem persistētes, nisi resipiscant debitis nobis visis pœnis plectere ac vnicuiq; prout ex nostro vniuersali & pastoralis officio tenemur in his iustitiā ministrare, & ne abusus, vel potius delictum huiusmodi vltius fidelium animas illaqueatas tenēdo, progrediatur, omni debito, & celeri remedio providere volentes. Motu simili &c. Ac ex nostra

Proprij.

CXV

nostra certa scientia, & de apostolica potestatis plenitudine, præmissorum omnium cognitionem, & literarum prædictarum executionem nobis, & successoribus nostris R. O. P. O. t. canonicè intrantibus referuantes, prout harum serie referuamus, omnes, & singulas confidentiarum hmōi cōtra quoscunq; etiam eiusdem S. R. E. Cardinales, Archiepiscopos, Episcopos, & alios quoscunq;, corā quibuscunq; iudicibus, etiam ad hoc specialiter delegatis, etiā sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus, ac S. R. Eccl. Cardinalibus, motas & pendentes, in eisdem statu & terminis, in quibus reperiuntur: ac etiā alias quascunq; similiū confidentiarum causas, cōtra supradictos & alios quoscunq; de cætero mouendas, seu ad nos quomodolibet deferendas, per nos summarie, simpliciter, & de plano, sine strepitu & figura iudicij, sola facti veritate inspecta, etiā per viam Inquisitionis, seu ex nostro officio, aut aliā, prout nobis expedire videbitur, procedendo, audiendas, cognoscēdas, decidendas, finēq; debito terminandas, & totaliter exequendas, ad nos auocamus, decisioniq; & terminationi per nos super illis faciendæ (appellatione quacunque, etiā aliā de iure admissibili reiecta, & postposita) standū ac acquiescendū, & omnino parendum & obediendum fore statuimus, & ordinamus: sicq; mentis & voluntatis nostræ incommutabilis esse dicimus, decernimus, & declaramus: certifiātes, put certificamus, & attestamur omnibus & singulis supradictis,

P iij

Etis,

Motus

Etis, in ipsis causis eos in eorum præsentis iuribus, & alijs quæ coram nobis dicere, & allegare, seu prætere voluerint, audiendo, iustitiâ, vt par est, nos ministrare paratos existere, nõ obstantibus præmissis, & quibusuis cõstitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac Cancellariæ Apostolicæ Regulis in contrariũ quomodolibet editis, cæterisque cõtrarijs quibuscũq; volentes solâ nostrâ per, placet, signaturâ sufficere, & vbiq; in iudicio fidẽ facere, quacunq; regula cõtraria nõ obstante. Et vt præmissa ad supradictorũ & aliorum, quorũ interest, notitiâ deuenire possint, præsentẽ nostrũ Motum proprium per vnũ ex nostris Cursorib; in Basilicæ Principis Apostolorum de Vrbe, & Cancellariæ Apostolicæ valuis, illius copia inibi affixa, vt moris est, publicari mandamus. Quæ oēs supradictos perinde arctet, ac si eis ipse Motus proprius personaliter intimatus fuisset.

Placet Motu proprio. M.

¶ Anno à Natiuitate Domini 1568. Indictione xj. die vero quinta mensis Ianuarij, Pontificatus Sanctiss. in Christo patris D. & D. N. Pij diuina prouidẽtia Papæ V. Anno Secundo, suprascriptæ literæ, affixæ, & publicatæ fuerunt in locis suprascriptis per me Stephanum de Olea S. D. N. Papæ Cursorem.

Andreas de Grassis Not. à S. D. N.

specialiter deputatus.

Franciscus Sotto casa Mag. Curs.

San-

Proprij.

cxvi

¶ S. D. N. D. PII PAPÆ V. NOVA
CONSTITVTIO.

¶ De confidentijs beneficialibus earumque casibus, præsumptionibus, & probationibus, Cum relaxatione cognitionis causarum, præterquam pendentiũ. Itemq; futurarũ de collatoribus Episcopis & superioribus, beneficijsq; cõsistorialibus.

¶ PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuã rei memoriam.

Intolerabilis multorũ peruersitas, qui sacrosanctas cõstitutiones nouis quotidie fraudibus eludere nituntur, sepe illarũ authores in necessitatẽ adducit cautius prouidendi, quo pertinaciũ animi ab improbis conatibus grauiore sanctiõẽ pposita reprimatur. Bene quidẽ & prouidẽter fecit. Pius pp. iij. prædecessor noster ad tollendã fiduciarie micipationis bñficiorũ ecclesiasticorũ corruptelã, statuit & decreuit, vt ipso iure vacarẽt ecclesiæ, monasteria, ceteraq; bñficia ecclesiastica in cõfidentiã à quibuscunq;, et S. R. E. Cardinalibus cuiusuis personæ cõtẽplatione vel intuitu recepta, liberã illorũ dispositionẽ sibi & apostolicæ sedi reseruãdo: Nec valerẽt ipsorũ collationes, seu cõcessiones, nec fructuũ, nec pensionũ reseruaciones, nec facultates illas trãserẽdi, nec regrediendi, seu accedẽdi, & ingrediendi

P iij

ad

Motus

ad ecclesias, monasteria, & bñficia supradicta, illaq; recipi-
 entes, fructus, pñsiones: & alias res eorundē indebite perci-
 perēt: Prohibens quibuscunq; ét sub censuris ecclesiasticis
 ne quod hmōi amplius auderēt. Ac ét decreuit oēs & qual-
 cunq; prouisiones, pñfectiones, collationes, cōmendas, et
 alias dispositiones de ecclesijs, monasterijs, & bñficijs, nec
 nō reservationes fructuū, pensionū, rerū, & iuriū, ac ét trās-
 ferendi, regrediēdi, accedendi, & ingrediēdi, aliasq; faculta-
 tes, siue per se, siue futuros Romanos Pontifices, etiā Mo-
 tu proprio, ac consistorialiter, siue etiā per ordinarios col-
 latores, etiā ad patronorū pñsentationē, cum interuētū cō-
 fidentie hmōi, siue expresse, siue occulte, ac de iure pñsū-
 pto, & alias cōtra pñdicta pro tēpore factas, nullius mo-
 menti fore nec cuiquā suffragari, sed ecclesias, monasteria,
 & beneficia hmōi ipso iure vacare, ac pñdictæ dispositio-
 ni reseruata esse, sicq; per quoscunq; etiā per pñsumptio-
 nes, & cōiecturas legitimas, & alias eorū arbitrio procedē-
 do (cū alioqui confidentias hmōi in lucē erui, & probari
 non posse constaret) iudicari & diffiniri debere: Nec nō ir-
 ritū et inane quicquid secus cōtingeret attentari, quē ad-
 modum confectis super his literis suis plenius continetur.
 Veruntamen propter improbas multorum cupiditates,
 pñdicta, quæ ad purgandā hac pernicie ecclesiā, et anima-
 rū salutē ab ipso pñdecessore edita sunt, in multis deprehē-
 dimus viā aperuisse grauius delinquendi. Si quidē cū fre-
 quen-

Proprij.

cxvij

quētib; is pluriū querelis pñdē cōcitari, quod iudices in cau-
 sis hmōi cōfidentiarū expediendis remissiores essent, oēs et
 singulas causas ipsas vbicunq;, & inter quoscūq; motas ad
 nos aduocauissemus, ac omnimodā hmōi causarū pñfertiū,
 & futurarū, rerūq; omniū ex ipsis resultantiū cognitionem
 nobis & successorib; nostris reseruauissemus, & super qui-
 busdā coram nobis processum fuisset, varijs inde, nec leui-
 bus coniecturis intelleximus vitiū quidē cōfidentie occulte
 irrepisse, sed in plerisq; causis pñsumptiones, & cōiectu-
 ras, quæ ad illud probandū deducuntur, minime sufficere,
 eiusq; rei causa plurimos qui ante literarū pñdictarū editio-
 nē hmōi cōfidentias exercent, vbi cognouerunt obstructā
 veritatē propter difficultates probandi in iudicio confidē-
 tias ipsas, contempta constitutione pñdicta, ecclesias, mo-
 nasteria, & bñficia sic recepta, vt prius retinere: alios fructū,
 pñsiones, & alias res percipere: alios eorū exēplo ad familia
 & grauiora fidentius cōmoueri: Multi enim ipsa bñficia iu-
 re retinere nequeūtes: alij ne cogātur ad sacros ordines, ad
 residentiā, ad incedendū in habitu clericali, vt ad bellū pñfi-
 ciscātur, vt inimicos occidāt: alij vt alieno noīe lites agant,
 aut defendāt: alij propter crimina incapaces: quidā vt pur-
 gato delicto, vel absolutione cōsecuta illa repetāt, eadē in
 alios deponūt, & in plerisq; fructus ipsorū aut eis ministrā-
 tur, aut quib; ipsi statuūt, sæpe laicis, & inhabilib;. Pleriq;
 vel senes, vel infirmi, vt bñficia in domibus suis perpetuēt,
 illa

illa renunciarunt & renunciant in alios, qui vel profanam familiam cedentium de fructibus ecclesiasticis alant, vel illa etiamnum infantibus, aut nascituris afferunt, facto interdum circuitu retrocessionis, cum reservatione fructuum & aliarum rerum, aut accessu, præsertim ab illis qui præstandorum iurium Camere Apostolicæ sunt immunes: alij aut incapaces, aut alijs beneficijs ecclesiasticis onusti, aut ecclesiastico ordini se se mancipare refugientes, aut mere laici beneficia ecclesiastica alijs conferenda procurant, ut de illis postmodum ad libitum suum disponatur, fructus etiam percipientes illorum. Ad hæc plerique ordinarij, & alij collatores, ac etiam patroni laici curant deponenda beneficia, ut fructus, seu pensiones capiant eorundem, alijs uè faciant ministrari: Alia item per multa eiusmodi admittuntur, quibus immaculata rerum diuinarum puritas impie violatur, disciplinæ ecclesiasticæ neruus dirumpitur, & imminens patrat exitium animarum. Quare nos volentes periculofam talium audaciam noui iuris subsidio cohibere, præsentium auctoritate statuimus, ut si quis quacumque auctoritate ecclesiam, vel monasterium, aut aliud beneficium ecclesiasticum qualecumque ex resignatione, vel cessione cuiuscumque personæ simpliciter, aut cum circuitu retrocessionis, cum regressu, vel accessu, etiam sola dimittentis intentione receperit, ut illa vel illud etiam in euentum regressus vel accessus, eidem

eidem dimittenti vel alteri postea conferatur, aut illius fructus, vel eorum pars alij vel alijs concedantur, vel pensiones soluantur ex eisdem hæc confidentia censeatur. Item si ordinarius, vel alius collator contulerit antehac, aut conferat in futurum beneficium ecclesiasticum quouis modo vacans, ea conditione tacita, vel expressa, ut postea in alterum pro arbitrio Collatoris, seu alterius cuiuscumque contra iuris communis ordinationem disponatur, siue ut de eo promissus, fructus illius, vel partem ad utilitatem, vel libitum cõferentis vel cedentis, aut alterius relinquat & remittat, seu pensionem illi, vel illis, quæ vel quos idem collator aut cedens, vel alius per se vel alium scripto, aut uerbo iusserit seu significauerit, persoluat, & pariter si à patrono etiam laico, vel alteri præsentatori, seu electori contigerit, aut contingat id fieri. Ad hæc si clericus prædictæ Camere aut Cardinalis, aut alius à solutione iurium ipsius Camere, vel etiam Cancellariæ Apostolicæ exēptus, post resignationem, vel cessionem alicuius extranei, de ecclesia, monasterio, vel alio beneficio ecclesiastico in se, apostolica vel alia auctoritate factam & admissam, illam vel illud etiam confectis literis Apostolicis, & possessione apprehensa, in eundem resignantem, vel cedentem, modico spatio interiecto, veluti duorum aut trium mensium retrocesserit, aut retrocedit in futurum, & ex illa retrocessione fructus ecclesiæ, seu monasterij, aut beneficij, vel eorum pars, seu pensio

pensio, seu quid aliud super illis reservatum, aut regressus, seu accessus, & ingressus ad illam vel illud, ipsi clerico, vel Cardinali, aut alij exemplo sit fueritue concessus: Postremo si quis crimine aliquo absolutus, aut cum quo super irregularitate dispensatum est, denuo receperit, quacumque auctoritate ecclesiam, monasterium, vel aliud beneficium ecclesiasticum: quod ante, vel post commissum delictum, aut contractam irregularitatem dimiserit, in quouis horum casuum confidentiæ prauitas sit contracta, casusque huiusmodi literis prædictis comprehendantur, ac si illis speciatim expressi fuissent: licet ipsum confidentiæ crimen alterius tantum partis conscientia sit admissum. Ad probandum vero plene confidentiarum abusum, inter alias etiam hæc præsumptiones: & coniecturæ habeantur legitimæ. Videlicet: Si quis post cessam ab se ecclesiam, vel monasterium, aut beneficium: & publicatam resignationem, seu cessionem, captamque à successore possessionem, se se in illa, vel illo, seu rebus illius: per se, vel alium, seu alios de facto ingesserit, aut fructus perceperit, aut quicumque successor illi, vel eius propinquus ipsos: aut partem aliquam remiserit eorundem. Si recipiens beneficiū constituerit dimittentem: vel eius parentes: aut propinquos procuratores ad percipiendum: vel locandum fructus beneficii dimissi: & illi vel illis de fructibus perceptis: aut percipiendis donationem fecerit.

Si

Si vel sola procuratoris depositio, vel libris rationalibus mensariorum ex parte dimittentis, expeditio, quæ personam recipientis concernit, prosecuta sit, simulque expensæ pro ea necessariæ ab illo factæ fuerint. Denique si quis pro concessione alicui facta, quacumque auctoritate de beneficio ecclesiastico per se, vel aliū, seu alios intercesserit, vel alias in negotio concessione se se immiscuerit que quo modo, deinde aliquid de fructibus talis beneficii de facto etiā per manus possessoris, ac etiam simplicis donationis titulo perceperit, seu de illo postmodū ad voluntatem intercessoris fuerit dispositū quandocumque. Testes autem de quaque re singulares singulas probare valeant præsumptiones, & coniecturas, pluresque huiusmodi præsumptiones, & coniecturæ plenam probationem faciant in prædictis. Cæterum criminosi, & cæteri omnes, qui ad prohibendum in casibus Simoniacæ testimonium recipi possunt, ad prædicta omnia admittantur. Sed ne quisquam etiam vana fiducia fretus, non intendendi contra se iudicij in crimine perseveret, utque hoc malum grauioris censuræ stimulo usquequaque prohibeatur, omnes & singulos, qui hucusque ecclesias, monasteria, beneficia, fructus, pensiones, aliasue res, intercedente hoc confidentiæ vitio receperunt, ac retinēt, nisi statim ad se reuersi, & resipiscentes celeri dimissione sibi prospexerint, & qui quid tale admiserint in futurum, etiā omnibus & singulis alijs ecclesijs, monasterijs, dignitatibus, admini-

stratio-

strationibus, officijs, & beneficijs obtentis, quæ pariter sub dicta reservatione comprehendere volumus, necnon fructibus, pensionibus, & alijs rebus ecclesiasticis, ac etiam Romanæ Curia, & alijs officijs temporalibus, presentium auctoritate priuamus, & ad futura inhabiles decernimus, & in iuris subsidium excommunicationis sententia innodamus, à qua nullus, nisi in mortis articulo constitutus ab alio quam à Romano Pontifice, absolutionis beneficiū valeat obtinere. Nos enim ad uocatione causarum huiusmodi, et reservatione cognitionis illarum, rerumq; omnium inde emergentium, nobis, & prædictis successoribus, ut prædictum est facta (causis illis duntaxat exceptis, quæ iam coram nobis pendere noscuntur, ac etiam ijs quas ratione ecclesiarum, & monasteriorum, quorum dispositio in consistorio fieri consuevit, aut debet, itemq; contra ordinarios collatores Episcopos, & alios superiores prælatos, etiam Cardinales haberi contigerit, uti iam alijs nostris literis statutum est, audiendis, decidendis, & terminandis) harum serie prorsus relaxata, decernimus ita deinceps quoscumque iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarum Palatii Apostolici Auditores, ac prædictæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales sublata eis, & ipsorum cuiuscumque quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate, ubique iudicare, interpretari, & diffinire debere, necnon irritum & inane quicquid secus in prædictis per quoscumque, quauis auctoritate,

scienter

scienter vel ignoranter, contigerit attentari. Quocirca omnibus locorum ordinarijs districtius iniungimus, ut in suis quisque ecclesijs, Ciuitatibus, Dioccesibus, & locis etiã exemptis, ad prædicta studiose attendant, & quatenus illis relaxauimus, in delinquentes seuerè animaduertant, si diuinæ maiestatis iudicium, dictæque sedis censuram uoluerint euitare. In cæteris uero causis, & negotijs nobis, & prædictis successoribus exceptis, eosdem locorum ordinarios presentium auctoritate delegamus, ut gratia & fauore postpositis, pro se quisque, cum uenerit usus contra prædictos omnes sub ipsa exceptione comprehensos diligenter inquirent, suoque inquisitiones omnes sigillo obsignatas ad prædictam sedem quamprimū transferant, ut nos & prædicti successores in causis huiusmodi procedentes, quod iustum fuerit decernamus. Nos enim singulis ordinarijs ipsis, prædictos omnes & quoscumque alios, etiã exceptos, etiã per edictum publicum, constituto prius summarie, & extra iudicialiter de non tuto ad illos accessu, citandi, & monendi eisque, ac iudicibus ordinarijs, & delegatis, alijsq; personis quibuscumque, ne prædictorum executionem quoquo modo impediant, vel aliàs in illis se se interponant, etiam per simile edictum inhibendi, eosdemq; ac alios contradictores, & rebelles quoscumque; per censuras, & pœnas ecclesiasticas, ac oia alia iuris & facti remedia opportuna compelliendi, auxiliū brachij secularis, quandoquē opus erit, innouandi, ceteraq;

in

Motus

in prædictis omnibus & singulis necessaria faciendi, & exequendi, plenam & liberam tenore præsentium cōcedimus facultatem. Non obstantibus fel. recorda. Bonifacij Papæ octavi prædecessoris nostri de vna, & in cōcilio generali edita de duabus dietis, alijsq; apostolicis constitutionibus, & ordinationibus, quodque episcopis, collatoribus, & prælatis prædictis, etiam Cardinalibus, vel quibusuis alijs cōmuniter vel diuifim à prædicta sit sede indultum, vel in posterum indulgeri contingat, quod interdici, suspendi, vel excommunicari, aut contra indulta hmōi ad iudicium trahi non possint per literas Apostolicas non facientes plenā & expressam, & ad verbū de indulto hmōi mentionē, & quibuslibet alijs priuilegijs, indulgentijs, & literis apostolicis, generalibus vel specialibus, quorumcunq; tenorū existāt, per quæ præsentibus non expressa, aut in totū non inserta effectus præsentium, aut attributa prædictis ordinarijs iurisdictionis explicatio, seu exercitium, vel executio impediri valeat quomodocunq; vel differri, & de quibus quorūque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, ceterisque contrarijs quibuscūque, Literis prædecessorishmōi, nihilominus in suo robore duraturis. Volumus autē vt præsentium exempla etiam impressa edantur eaque notarij publici manu, & cuiuscūque curę ecclesiasticę, eiusue prælati sigillo obfignata, eandē illam prorsus fidem iniudicio, & extra vbique locorum faciant, quā ipse præ-

Proprij.

cxxj

præsentibus facerent, si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrę priuationis, statuti, decreti, innodationis, iunctionis, delegationis, concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotētis Dei, ac beatorū Petri & Pauli apostolorum eius se nouerit incursum. Datū Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis dominicę millesimo quingentesimo sexagesimo nono, kl. Iunij, Pontificatus nostri anno quarto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

¶ Anno à Natiuitate Domini Millesimo quingentesimo sexagesimo nono, Indictione duodecima, die vero sabbati sexto Augusti, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidētia Papę Quinti Anno quarto. Retroscriptæ Literæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Basilicarum Lateranen. & Principis Apostolorū de Vrbe, Cancellarię apostolicę, & in acie Campi Floræ, vt moris est dimissis in omnibus supradictis locis earūdem retroscriptarum literarum, copijs affixis per nos Iulium Parinum, & Io. Andream Panizzam prædicti S. D. N. Papę Cursores.

Christianus de Monte Magister Cursorum.

Q

Re-

Motus

REVOCATIO PRIVILEGIORVM
Hospitalis Sancti Lazari Hierosolymitan. de
Hospitalibus, & pijs locis leproforū.

PIVS PAPA V.

GRAUES ad nos quotidie quærelæ deferuntur de Magistro, Conuentu, & fratribus Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani, qui obtentu priuilegiorum suorum, multa secus, quàm par esset, fidentius conati, præ studio dum habeât quod ambiunt, neq; modum pietatis vllius, neque benignitatis erga se nostræ ponderâtes, varijs artibus moliantur, quemadmodū disturbent atq; deiciant oēs alios à regimine, cura, & possessione illorum Hospitalium, & religiosorum locorum, quæ sub inuocatione S. Lazari leproforum aliquando fundata, constructa, & instituta, deinde aut Ecclesijs, Monasterijs, Xenodochijs, Collegijs, Vniuersitatibus, etiâ studiorum generalium, diuersisq; alijs sacris & religiosis locis vnita, aut in eorum commodum suppressa fuerunt: seu quorum curam, seu bonorum administrationem, seu fructuum dispensationem, vel ipsæ Ecclesiæ, vel Conuentus, vel venerabilium locorum sodalitates, vel honesti ciues, vel etiam priuatim alij spectatæ probitatis viri habent: & aut in illis, aut ex illis prædictis Ecclesijs, Monasterijs, Xenodochijs, Collegijs, Vniuersitatibus, pijs locis, et pauperibus suarum quisq; ciuitatum, & locorum vti diuersæ, et multi-

Proprijs.

CXXII

multiformes Charitatis, & Misericordiæ species suadere videtur, variæ ite egestates necessitatesq; experit, pie sancteque suppeditat. Quin et Magister, & Conuentus in visum, singulatim vero quidam fratres iam aliquot hmoi administratores & possessores, imo vero primarias qualdam Italiæ vrbes, litibus & cotrouersijs multifariam cocitatis, grauiter infestarunt. Quo circa nos indignurati, tot operum tantasque priorum rationes, iam pridem accommodatas, dictorum priuilegiorum causa impediri, volentesque, sicut officij nostri munus pietatisque causa postulat, sedulo puidere, vt Hospitalium, & locorum hmoi optimus status, rerumque dispositio comoda & vtilis perpetuo constet, hoc quoque Sacrosanctum Iesu Christi patrimoniū pijs honestisque, vsibus perpetuo illibatum cõseruetur, ac simul Magistro, Conuentui, & fratribus prædictis ois omnino molestam diuina præcidatur, Motu proprio, & ex certa scientia nostra, deque apostolicæ potestatis plenitudine, oēs & singulas causas in Ro. Cur. & extra eam, coram quibuscunque iudicibus ordinarijs, & delegatis, etiâ causarum Palatii Apostolici Auditoribus, ac S. R. E. Cardinalibus, inter Magistrum, Conuentum, et fratres prædictos, et collationem, commendam, aut aliam concessione à dictis Magistro & Conuentu habentes, ac quoscunque alios curam, regimenem, & administrationem, ac possessionem Hospitalium, locorum, & bonorum prædictorum per viam vnionis, suppressionis, prouisionis, commendæ administrationis, alteriusue concessionis, aut et priuilegio, fundatione, consuetudine,

Q ij

per-

Motus

permissione, vel alio quocunq; modo habentes, super eisdem Hospitalibus, locis & bonis, eorumq; regimine, administratione, possessorio, spolio, rebusq; alijs latius deductis, & illorū occasione tā coniunctim; quā diuisim in quacunq; instantia pendentes, quarū singularū merita, necnō iudicium, & aliorū collitigantiū nomina, cognomina, gradus, & nobilitates, litisq; & litū huiusmodi statum presentibus haberi volumus pro expressis, in statu & terminis, in quibus reperiuntur, harum serie ad nos aduocamus, ac litē, & lites huiusmodi penitus extinguim⁹, dictisq; Magistro, Cōuentui, & fratribus, ac quibuscunq; alijs, etiam in quorum fauorem de dictis Hospitalibus, & locis S. Lazari leproforum, pretextu huiusmodi priuilegiorum dispositum est, vt præfertur, perpetuū silentium imponimus. Præterea omnes, & quascunq; collationes, prouisiones, cōmendas, concessiones, commissiones, & alias dispositiones de ipsis Hospitalibus & locis ab eisdem Magistro, & Conuētu quibuscunq; factas, inde secutasq; à nobis, & apostolica Sede, etiam Motu simili, confirmationes, vel nouas prouisiones, ac etiam concessiones, facultates, & licentias, quod Hospitalia leprofarū, & alia loca quæcunq; tam in vrbe, quam quibuscunq; terris, dominijs, & locis, sub inuocatione S. Lazari leproforum huiusmodi fundata, cōstructa, erecta, & instituta, & quæ fundari, construi, erigi, & institui cōtinget, etiam si per Magistrū, Cōuentū, & fratres huiusmodi

recepta

Proprij.

cxxiiij

recepta, aut possessa non sint: vbi villo vnquā tempore fuit, est, vel erit Hospitalitas leproforū, seu infirmorum S. Lazari nūcupatorum, de qua legitime coram locorū ordinarijs constet, etiam si iuris patronatus laicorum essent, cū omnibus vnionibus, annexionibus, incorporationibus, & applicationibus, illis pro tēpore factis, Hospitali S. Lazari prædicto subiecta, & incorporata, & ad ius, proprietatemq; et omnimodā dispositionem, institutionem, & collationem Magistri pro tempore existentis, & Conuentus prædictorū, iuxta ipsius Hospitalis stabilimenta pertinere censeantur, prout alia eius Hospitalia, Capellæ, Oratoria, beneficia, & loca spectabant, illaque per fratres prædictos, non autem per alias Ecclesiasticas aut seculares personas, etiam Ciuitatum, & Terrarum, Oppidorum, & Villarum Communitates, vel Vniuersitates regi, & gubernari, & in signum recognitionis superioritatis dicti Hospitalis, aliquo rationabili Canone, seu censu, per Magistrum, & Conuentum, ac diffinitores generalis Capituli dicti Hospitalis imponendo, singulis annis respondere. Præterea Hospitalia, & loca huiusmodi obtinentes, cuiuscunq; dignitatis, ordinis, & conditionis fuerint, responsiones, & iura Annatarū, vacantium, mortuorum, arreariorum, & passagiorū Hospitali S. Lazari, & illius Aerario communi soluere teneantur, & ad id etiam per Magistrum & Conuentum prædictos compelli, & non soluentes censuris, & pœnis Eccle-

Q iij

siasticis

fiasticis innodari, Hospitalibusq; priuari possint. Necnō quæcunq; alia priuilegia, cōcessiones, facultates, & indulgentia dictis Magistro, Cōuentui, fratribus, & personis, super reuocatione hmōi Hospitaliū ad pristinā Hospitalis S. Lazari Hierosolymitan. naturā, ac regimen, & administratiōnē, etiā per modificationes & reformationes nostras illis cōcessa & confirmata, quibuscunq; cōcepta formulis, ac etiā restitutiuis, præseruatiuis, derogatorijs, derogauijs, alijsq; efficaciorib⁹ efficacissimis, & insolitis clausulis, nec non vim contractus inducentibus & alijs decretis suffulta (quorū omniū tenores etiā presentibus haberi volumus p̄ expressis) auctoritate Apostolica, tenore præsentium specialiter & expresse reuocamus & apostolicas ac alias literas, nec non processus & inde secuta quæcunq; cassamus, & annullamus: volumusq; illa omnia vires & effectū de cetero non habere: ipsaq; Hospitalia, & loca, eorumq; res & bona deinceps, vt antea regi & gubernari, ac de illis disponi, nec vllō annuo censu, canone, subsidio, vel alio onere p̄ Magistrum, Conuentū, & diffinitores prædictos grauari, nec ad aliā responsionē, aut iura aliqua eis præstanda vllō vnquā tēpore teneri, nec sub aliquo alio iure Magistri, Cōuentus, & Hospitalis S. Lazari hmōi consistere debere. Distinctius inhibentes eisdē Magistro & Cōuentui, ac quibuscunq; alijs, etiam in quorū fauorē de dictis Hospitalib⁹ seu locis prætextu hmōi priuilegiorū dispositū est, vt præ-

fertur,

fertur, nē illorū occasione seu prætextu, vel alijs quocunq; modo se se præmissis interponere, aut quempiā vltius super illis vexare, impedire, vel turbare quoquomodo præsumat. Quod si secus fecerint, eos & eorū singulos excommunicatiōis sentētia innodamus, ac magistratu, dignitatib⁹, officijs, beneficijs, iuribus, priuilegijs & indulgentijs quibuscunq; eorūq; vsu & cōmodo priuamus, inhabilesq; ad oīa esse volumus, eo ipso. Ac decernentes, sic per quoscunq; iudices Ordinarios, & delegatos, et causarū Palatii Apostolici Auditores, ac S. R. E. Cardinales in quauis causa & instantia, sublata & c. iudicari debere & c. ac irritū, & c. attentari. Et nihilominus vniuersis & singulis locorū ordinarijs tenore præsentium mandamus, vt ipsi per se, vel alium, seu alios, Ecclesijs, Monasterijs, Xenodochijs, Hospitalibus, Collegijs, Vniuersitatibus, Sodalitatibus, Rectoribus, Commendararijs, Administratoribus, & personis prædictis, eorumq; singulis quandocunq; requisiti fuerint, aut molestiam aliquam ab ipsis Magistro, Conuentu, & fratribus coniunctim vel diuisim irrogari intellexerint, in præmissis efficacis defensionis præsidio assistentes, procurent auctoritate nostra illos omnes in suis possessione, & iuribus pacifice conferuare: non permittentes, eorum quempiam per ipsos, Magistrum Conuentum, & fratres, aut alios quoscunq; super ijs quomodolibet molestari: contraditores quoslibet & rebelles per præ-

Q. iij

dictas

Motus

dictas, aliasq; grauiores censuras, & poenas, ceteraq; iuris, & facti remedia, appellatione postposita, cōpescendo, censurasq; , & poenas ipsas etiā iteratis vicibus aggrauando, inuocato etiā ad hoc, si opus fuerit, auxilio brachij secularis: non obstantibus prēmisis, & nostra de non tollendo iure quæsito, ac alijs constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, necnon Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani, & cōuētus prædictorū, iuramento, cōfirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, cōsuetudinibus, stabilimentis, vsibus, naturis, alijsq; priuilegijs, & indultis apostolicis illis, ac eisdem Magistro, Conuentui, & fratribus a quibuscunq; R. O. Pon. & nouissime tā à re. me. Pio Papa 4. prædecesore nostro in ipsius Hospitalis S. Lazari Hierosolymitani, & regulæ restitutione, & ampliacione, quàm etiā à nobis in illius modificatione, etiam motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus concessis, confirmatis, & extensis, quibus inter cetera cauetur expresse, quod vniones, annexiones, & incorporaciones similes vel dissimiles, ac quacunq; alia distractiones huiusmodi Hospitaliū & locorū quacunq; ratione vel causa, etiā motu, scientia, & potestatis plenitudine similibus, & etiam cū expressa huiusmodi priuilegiorū, & stabilimentorū derogacione, nullius penitus sint roboris, vel momenti, & habeantur prorsus p̄fectis, nec cēseatur in hac parte vnquam derogatum per quascunq; clausulas, & etiā derogatoriā derogatorias, for-

tiores

Proprij.

CXXV

tiores, & efficaciores, nisi dū & quoties de illorū, ac etiā ceterarū in specie desuper cōfectarū literarū de verbo ad verbum vere, & non per clausulas idē importātes inserto tenore, de ipsorū S. R. E. Cardinalium cōsilio derogetur: nec etiā tūc, nisi ad id Magistri & Cōuētus prædictorum expressus accedat assensus, & semper in hmōi, quę sic fiēt de consilio prædicto, derogacionibus censeatur apposita clausula. Quod tunc demū effectum sortiātur, cum consensus Magistri, & Cōuētus prædictorum accesserit, & nō aliter, nec alio modo, quodq; priuilegijs, statutis, stabilimentis, alijsque prēmisis etiam per quascunq; literas apostolicas, etiā quasuis clausulas generales, vel speciales, etiā derogatoriā derogatorias, efficacioresque, & insolitas, ac etiam irritantia decreta, sub quacunque verborum expressione, in se continentes, nullatenus derogari possit, nec quo ad illa derogatū censeatur, nisi tenor illarum de verbo ad verbum, nihil penitus omisso, insertus, & huiusmodi derogaciones cōsistorialiter factæ, & per trinas distinctas literas eundē tenorem continentes, tribus distinctis similibus vicibus, Magistro, & Conuentui prædictis intimatę, & insinuatę fuerint, ac ipsorum Magistri, & Conuentus ad id expressus accedat assensus, & aliter factæ derogaciones nemini suffragentur: ac Magister, & Conuentus prædicti ad parendum literis derogatorijs huiusmodi, & decretis super illis processibus, ac illorum executoribus, & subexecutoribus, eorūque

manda-

Motus

mandatis, et monitionibus minime teneantur: sed literarū huiusmodi executionem omnino impedire, nec ratione resistentiæ censuris ecclesiasticis per eosdē executores, vel subexecutores latis innodari possint. Quibus omnibus etiā si de eis, etc. tenores, etc. in genere, et in specie ad effectū sufficientis derogationis eorū pro plene, et sufficienter expressis habentes, harū serie specialiter et expresse derogamus: ceterisq; cōtarijs quibuscunq;. Cæterum iubemus, presentes cōsuetis vrbis locis publicari, et exempla de more applicari, easq; sic publicatas Magistrum, Conuentum, et fratres prædictos, cæterosque omnes, et singulos quorum interest, æque obligare volumus, ac si ipsæ præsentis (quibus sola nostra signatura sufficiat, et vbiq; tā in iudicio quā extra illud, fidem faciat) essent omnibus singulatim, ac personaliter intimatæ.

Placet Motu proprio. M.

¶ Anno à Natiuitate Domini 1567. Indictione decima: die vero vndecima, Mensis Augusti. Pontificatus S. D. N. Pij diuina prouidentia Papæ. V. Anno eius secundo, retrospectæ literæ affixæ et publicatæ fuerūt Romæ in acie campi Floræ, et valuis Cancellariæ Apostolicæ, vt moris est, per nos Ioan. Andream Rogerium, et Scipionem de Octauianis S. D. N. Papæ Cursores.

Ioannes Andreas Panizza Magister Curs.

Pro

Proprii.

cxxvj

PROROGATIO EXPEDITIONVM. PAVLI PAPÆ IIII.

S Anctissimus in Christo Pater, et D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa V. qui in crastino suæ assumptionis ad summi Apostolatus apicē, per certā cōstitutionē suam voluerat, quod cōcessa per fœl. recor. Pium Papā Quartū prædecessorē suum, et de eius mādato, expedirentur in forma, Rationi congruit, sub die Coronationis suæ (vt moris est) et idem quo ad concessa per piæ me Paulū Papā Quartum etiam prædecessorem suum, ad sex menses dumtaxat ab ipsa die Coronationis suæ incipiendos obseruari voluerat, ac postmodum dictos sex menses ad alios sex menses prorogauerat, ac vltimo dictos sex menses ad alios sex menses, absq; spe vltioris prorogationis etiā prorogauerat: volens ipsorū, qui literas super cōcessis per eundē Paulum prædecessorē nondum expediuerunt, indemnitati cōsultare: quod literæ ipsæ infra tres menses, à die præsentium cōputandos, tantum expediri possint, de nouo concessit.

Placet publicetur et describatur. M.

¶ Lecta et publicata fuit superscripta regulā Romæ in Cancellaria Apostolica Anno Incarnationis Dominicę Millesimo, Quingentesimo, Sexagesimo Septimo. Die vero Iouis, decima quarta mensis Augusti. Pontificatus prælibati S. D. N. Papæ Anno Secundo.

A. Lomellinus Custos.

Reuo

Motus

REVOCATIO INDULTORVM

S. R. E. Cardinalium, cum limitationibus pro
futura illorum concessione.

(.:.)

Sanctiss. in Christo Pater & D. N. D. Pius diuina pro-
uidencia Papa V. Ex tam multis S. R. E. Cardinalium
super beneficiorum ecclesiasticorum dispositione indultis, et
multiplicatione aliarum super alias facultatum, que quotidie
litteris dictorum indultorum diffusue inseruntur, sepe nu-
mero impeditus, quo minus solita ante hac Sedis huius be-
nignitatem erga pauperes, & benemeritos liberaliter ex-
ercere possit: Idcirco rationem capere volens, vt tanta de
hinc eiusmodi Indultorum & facultatum largitione preci-
sa, dictis personis commodius benefaciendi via sibi libera re-
cludatur: Omnia & quecumque indulta, concessiones, facul-
tates, & alia privilegia conferendi quecumque beneficia Eccle-
siastica, cum cura & sine cura, secularia & quorumuis ordinum
regularia, qualitercumque qualificata, ad collationem, prouisi-
onem, presentationem, electionem, institutionem, confirmati-
onem, & quamcumque aliam dispositionem dictorum Cardinalium
ratione Patriarchalium, Metropolitanarum, & aliarum Cathedralium
Ecclesiarum, necnon monasteriorum, prioratum, dignitatum
& aliorum beneficiorum ecclesiasticorum, que quomodolibet
obtinent, & in posterum obtinebunt, ac etiam quorum collatio,
prouisio, & quauis alia dispositio, illis ex causa facta per
eos

Proprij.

CXXVII

concessione regiminis, & administrationis, seu commende,
aut resignationis, ecclesiarum, monasteriorum, & aliorum be-
nificiorum huiusmodi apostolica auctoritate reseruata exis-
tit, vel in posterum reseruabitur: necnon quorumcumque infe-
riorum collatorum, & collatricum, de iure, privilegio, consuetudi-
ne, ac aliis quomodolibet pertinentia, & etiam illa commenda-
di ac aliis de eis disponendi, omnibus & singulis Cardina-
libus predictis etiam de dictorum inferiorum collatorum con-
sensu, per quoscumque R. O. Pot. ac sanctitatem suam, & dictam
Sede, etiam motu proprio, & ex certa scientia de que aposto-
lica potestatis plenitudine, & etiam ex pactis inter dictos
Pontifices & Cardinales diuersis temporibus factis, firmatis
& iuratis, ac quibusuis onerosis, & alijs causis concessa, &
etiam iteratis vicibus innouata atque extensa, quibuscumque
concepta formulis, ac etiam restructiuis, mentis attestari-
uis, preseruariuis, derogatorijs derogatorijs, alijsque effica-
cioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, necnon vim con-
tractus inducentibus, & alijs decretis suffulta (quorum om-
nium tenores Sanctitas sua haberi voluit pro expressis) spe-
cialiter & expresse reuocauit, litterasque apostolicas de super
confectas, & quo ad ea, in quibus illa nondum erat sortita ef-
fectum, inde secuta quecumque cassauit & annullauit, viresque
& effectum de cetero non habere decreuit. Preterea voluit
& ordinauit, quod omnes deinceps littera apostolice faculta-
tum, & indultorum huiusmodi pro singulis Cardinalibus præ-
dictis,

Motus

dictis, presentibus, & futuris, ad vnā tantū cathedralē vel maiorē Ecclesiam seu illius loco, vnum vel duo monasteriū seu monasteria, aut vnū aliud vel duo alia beneficiū seu beneficia in dictis literis exprimēdā, seu exprimendū, vel exprimenda, quā, seu quod, vel quæ ipsi Cardinales vltra illas sex Episcopales ac presbyterales, & diaconales Cardinalium Ecclesiā tunc tēporis obtinebūt, seu cuius vel quorum collatio eis referuata fuerit (vt præfertur). Ac etiā sublata ōnino altera hmōi indultorum parte, super cōsensu ipsorum Cardinalium requirendo in prouisione beneficiorum apud Sedem prædictam, pro tempore vacantium, aliās sub dictis indultis comprehensorum: De quibus omnibus Sanctitas sua posthac libere disponere intendit, & etiam citra facultates commendandi monasteria, aliāque beneficia Ecclesiastica, secularia, & regularia: necnon disponendi de monasterijs, etiam cura & conuentu carentibus, & dignitatibus conuentualibus, & in Metropolitā. alijsque cathedralibus, post Pontificales, maioribus, & in collegiatis Ecclesijs principalibus. Ac etiā disponēdi de beneficijs Referendariorū, causarum Palatii Apostolici Auditorū Prothonotariorū: & aliorū officialiū dicte Sedis necnō familiarium, ceterūq; oīum, qui cōstitutionibus declaratorijs foel. recor. Pauli Papæ iij. Ad perpetuā rei memoriam æditis continentur. Denique cum moderatione facultatum disponendi de beneficijs familiarium ipsorū Cardina-

Proprij.

CXXVIII

dinalium, ac cōcessionum eis etiā per regulas Cancellariæ Apostolicæ factarum, de cōsensu per ipsos in prouisionibus Apostolicis præstādo, ad eos solos familiares cōtinuos cōmensales eorundē, qui vera & actuali familiaritate cōtinua cōmensalitate hmōi durāte extra Romanā Curia, vel Cardinalibus ipsis in dicta curia existentibus, apud dictā Sedē decesserint: & ad ea sola beneficia, quæ ipsi familiares cōtinui cōmensales viuētes, ad collationē dictorū Cardinaliū pertinentia obtinebant, seu quæ ex collatione sibi ab eisdē Cardinalibus facta assecuti fuerant, expediātur. Aliter vero, etiā motu, scientia & potestate similibus, ac etiā cū presentium speciali, & expressā derogatione expeditæ, nullius sint prorsus roboris vel momenti: & nihilominus huiusmodi cōstitutiones: & regulas super beneficijs familiarium Cardinalium æditas, et quo ad Cardinales indulta huiusmodi nō habētes, ad familiares, & bñficia prædicta dumtaxat restrinxit: & moderatus fuit. Decernēs sic ijs, ceteriq; omnibus præmissis per quoscunq; & c. etiā causarum dicti Palatii Auditores: ac etiā ipsos Cardinales, sublata, & c. necnō irritum, & inane quicquid secus per quoscunq; etiā prætextu indultorum, facultatum, & cōcessionum hmōi, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Statuto, ordinatione, decreto, & declaratione suæ Sanctitatis in crastinum eius assumptionis ad summi Apostolatus apicem æditis, quod Cardinales in constitutionibus, & regulis per eam

Motus

eam post priorum suorum Constitutionum, & regularum editionem & publicationem in posterum faciendis non includantur, nisi illae eorundem Cardinalium fauorem concernant: vel ipsae ad eandem constitutiones, de illorum seu maioris partis eorum consilio adite fuerint, ceterisque contrariis non obstantibus quibuscumque;

Placet publicetur, et describatur. M.

¶ Lecta & publicata fuit superscripta regula Romae in Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Dominicae, Millesimo, quingentesimo, sexagesimo septimo. Die vero Mercurij vltima mensis Aprilis. Pontificatus praefati Sanctiss. D. N. Papae anno secundo.

A. Lomellinus Custos.

CONSTITVTIO PER QVAM DATVR facultas iudici decernendi sequestrum.

Super Beneficijs reseruatis.

Sanctissimus in Christo Pater, & Dominus noster Dominus Pius diuina prouidentia Papa quartus Cupiens, prout suo pastoralis incumbit officio, unicuique quod suum est tribui, iustitiamque inter omnes aequa lae ministrari, ac animarum periculis, & fraudibus eorum, qui passim beneficia ecclesiastica in mensibus, in quibus illorum collatio & prouisio

Proprij.

CXXIX

prouisio per constitutiones suas, seu Cancellariae Apostolicae Regulas desuper editas dispositioni suae pro tempore reseruatae existunt, vacantia, seu alias eidem & Sedis apostolicae dispositioni generaliter reseruata, aut ex generali reseruatione apostolica vel alias affecta, ordinaria seu alia auctoritate contra dictarum Constitutionum tenorem, aut alias indebite sibi conferri, & de illis etiam prouideri procurant, & in eis praetextu collationum & prouisionum huiusmodi se intrudunt, ad hoc, ut illorum fructus suos faciant, & ex eis impetrantes Apostolicos, seu alias iusto titulo prouisos molester, & interim lites adeo in longum protrahant, ut ipsi impetrantes & iustum titulum habentes, aut cum eis concordare, aut eorum iuri cedere & renunciare, aut in prosecutione litium huiusmodi omnes ferere eorum facultates dissipare, & tandem in illarum prosecutione mori cogantur. Quique beneficia in Romana Curia vel extra eam litigiosa resignant, aut eorum iuri cedunt simpliciter, vel in fauorem tertij in memorialibus, cum paruis datis & consensibus desuper praestitis, quae penes se retinent. Et nihilominus lites huiusmodi prosecutionum, & dum cognoscunt, nullum ius sibi in huiusmodi beneficijs litigiosis competere, ad effugiendum sententiam & expensas, vel fructuum restitutionem, in quibus condemnandi venirent, Supplicationes desuper signari, ac datas, & consensu paruos hominum extendi faciunt, asserentes, se iamdiu illa dimisisse, partes fouentes bonius, & iudices iustitiam

R ministrā

ministrantes deludendo, quantum in eo est obuiare, ac em-
nem penitus talia presumendi occasionem tollere, hac sua
perpetuo valitura sanctione statuit, & ordinauit, quod quo-
ties in antea aliquem super quouis beneficio ecclesiastico (vt
preferitur) reseruato seu affecto, & dicta auctoritate, vel ali-
as nulliter collato tam in dicta Curia quam extra eam litiga-
re contigerit, & iudici Ordinario, seu cui causa de super com-
missa fuerit, etiam Summarie & extraiudicialiter quantum sibi
pro rei qualitate sufficere, parte legitime citata, videbitur,
constiterit, beneficium ipsum in dictis mensibus vacauisse, aut
alias (vt preferitur) reseruatum seu affectum: & nihilominus
ordinaria seu alia auctoritate nulliter Collatum, & indebi-
te detentum existere, idem iudex reproducta citatione, fru-
ctus, redditus & proventus beneficiorum sic nulliter collato-
rum & indebite detentorum sequestrari mandet & faciat, ac
alia exequatur in premissis necessaria & opportuna. Super
quo eidem iudici omnem potestatem & auctoritatem imparti-
tusest. Itemque sanctitas sua in causis nunc in quavis instan-
tia coram eisdem iudicibus pendentibus similiter obseruari
mandauit. Præterea decreuit & declarauit, sic resignantes
seu cedentes, & nihilominus lites huiusmodi prosequentes,
ne eorum malitia illis prodesse, & fouentibus bonum ius no-
cere valeat, ad fructuum, reddituum & prouentuum dictorum
beneficiorum per eos perceptorum restitutionem, ac ex-
pensarum in litibus huiusmodi factarum refectionem, omniaque
&

& singula dāna & interesse, in quibus condēnati fuerint, si
non celsissent vel resignassent, per iudices tam ordinaria
quam delegata vel alia auctoritate fungentes, coram quibus
lites ipsas pro tempore pendere, seu moueri contigerit, con-
dēnandos fore & condēnari debere, ac ad id teneri & obli-
gatos esse. Ipsosque ac etiam in dictis beneficijs successores
quoscunque ad apparitionem sententię seu sententiarum ac
litterarum exequutorialium pro tempore latę seu latarum &
decretarum, a quibus appellare non liceat, ac restitutionem
seu relaxationem possessionis, ac fructuum, reddituum & pro-
uentuum, necnon refectionem expensarum ac dānorum, &
interesse huiusmodi, perinde ac si contra eosdem successores
sententia seu sententię latę, & litterę exequutoriales huius-
modi decretę fuissent, cogi & compelli. Sic tamē, quod post
quam alter ipsorum sententię seu sententijs, ac restitutioni
vel relaxationi possessionis & fructuum, reddituum, & pro-
uentuum, necnon dānorum, & interesse huiusmodi refec-
tioni, alijsque premissis realiter, & cum effectu paruerit, al-
ter de super molestari non possit. Et ita in premissis omni-
bus & singulis per eosdem & alios quoscunque iudices, & etiā
causarum palatij Apostolici Auditores, sublata, & c. iudi-
cari et diffiniri debere, irritum quoque, & c.

Placet, publicetur & describatur. I.

¶ Lecta et publicata fuit supradicta Constitutio Romę in
Cancellaria Apostolica, Anno incarnationis Domini-

Motus

cæ Millesimo, Quingétesimo, sexagesimo: Die vero Sab-
bati, vigesima sexta mensis Octob. Pontificatus prælibati
sanctissimi Domini Papæ Anno primo.

A. Lomellinus Custos.

REVOCATIO LICENTIARVM, AC

facultatum celebrandi missas vespertino tēpore.

Sanctissimus in Christo Pater, & dominus Pius diui-
na prouidentia Papa V. ad cuius notitiam peruenit, q̄
nōnulli Cathedralium, etiā forsan Metropolitanarū, Col-
legiatarum, & aliarū Ecclesiarum, necnon Monasteriorū,
Conuentuū, domorum, & aliorum piorum locorū secula-
rium, & diuersorū ordinum, ac militiarum regulariū Præ-
lati, Capitula, Clerici, Fratres, alijque superiores, & perso-
næ, antiquū S. R. E. ritum in statutis missarū celebrandarū
temporibus peruertere satagentes, diuersas licentias & fa-
cultates, missas, quæ media nocte, & ceu in aurora Natiui-
tatis, ac de mane resurrectionis Domini nostri Iesu Christi
& forsan aliarū festiuitatum iuxta prædictū ritum celebra-
ri consueuerant, de sero etiam forsan circa solis occasum vi-
gilæ festiuitatum earundē in suis Ecclesijs, & Capellis cele-
brandi, seu celebrari faciendi, ab apostolica Sede, vel eius le-
gatis, ac etiam maiori Pœnitentiario pro tempore existen-
te varijs prætextibus impetrauerunt, illisq; iam pridē vtū-
tur. Hoc ab antiquo catholicæ ecclesiæ instituto, sanctorūq;

Pa-

Proprij.

cxxxj

Patrū decretis deuiare considerans, ac propterea hunc abu-
sum ab Ecclesia Dei submouere volēs, ōnes, ac singulas li-
cētias & facultates huiusmodi hætenus, etiam Motu pro-
prio, vel quorumuis etiā Imperatorum, Regū, & aliorum
Principum contēplatione, & ex quibusuis causis quomodo
libet concessas, ac apostolicas, & alias literas desuper confe-
ctas, illarum ōnium tenores pro sufficiēter expressis habēs,
apostolica auctoritate ex certa scientia reuocauit, ac ōnino
cassauit, & annullauit, ac præsentī perpetuo valitura cōsti-
tutione, quibusuis Prælati, Capitulis, Clericis, Fratribus,
alijsq; superioribus, & personis earundē Ecclesiarū, Mona-
steriorū, Conuentuū, domorū, & aliorū piorū locorum in
virtute sanctę obediētia, & sub indignationis suę, ac perpe-
tuę suspensionis à diuinis pœna districtius inhibēs, ne dein-
ceps missas vespertino tēpore hmōi, licentiarū & facultatū
hmōi, aut alio quouis prætextu celebrare, vel celebrari face-
rē præsumant: ac mandās locorū ordinarijs, vt eandē præ-
sentē constitutionē sub prædictis, & alijs sibi bene visis pœ-
nis per quoscūq; Prælatos, capitula, clericos, fratres, superi-
ores, & personas hmōi inuolabiliter obseruari faciāt, cōtra-
dictores quoslibet auctoritate apostolica cōpescendo. Nō
obstātibus præmissis, ac quibusuis cōstitutionibus, & ordi-
nationibus apostolicis, necnon Ecclesiarum, Monasterio-
rum, conuentuum, domorum, & aliorum locorum prædi-
ctorum etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel

R iij qua

Motus

quavis firmitate alia roboratis statutis, cōsuetudinibus, pri-
uilegijs quoq; indultis & literis Apostolicis eisdem Eccle-
sijs, Monasterijs, domibus, & locis, illorumq; capitulis, cō-
uentibus, superiorib⁹, & personis, ac ordinibus sub quibus-
cunq; tenoribus, & formis, ac cū quibusuis etiā derogato-
riarū derogatorijs, alijsq; efficacioribus, & insolitis clausu-
lis, necnō irritantibus, & alijs decretis, et ad Imperatoris,
Regū, Reginarū, Ducum, & aliorū Principū instantiā, aut
eorū cōtemplatione, et motu proprio, & ex certa scientia,
ac aliās quomodolibet cōcessis, approbatis, & innouatis:
quibus omnibus ipsa Sanctitas sua illorū tenores p̄ expres-
sis habēs specialiter & expresse derogauit, illaq; , quo ad p̄-
missa, cassauit penitus, & annullauit, cæterisq; cōtrarijs qui-
buscunq; : decernēs præsentēs, earūq; copias per aliquē ex
suis cursoribus in Basilicæ Principis Apostolorū de Vrbe,
& Lateranē, ac Cancellariæ Apostolicæ valuis affixas,
omnes, cum primū earum notitiā habuerint, perinde af-
ficere, ac si illis personaliter intinātæ fuissent.

Placet, & ita mandamus. M.

¶ Anno à Natiuitate Domini. M. D. LXVII. Indiatio-
ne nona, die xxviiij. mensis Martij. Pontificatus sanctissi-
mi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidētia PP.
V. Anno primo, suprascriptæ literæ lecte affixæ, & pu-
blicatæ fuerunt in locis suprascriptis, vt moris est, per me

Ber-

Proprij.

cxxxij

Bernardinum Andreulium Apostolicum Cursorem.
Scipio de Octauianis Magister Curs.

¶ B V L L A S. D. N. D. P I I D I V I N A
prouidentia Papæ V. Super celebratione festiuita-
tis Angelici Doctoris S. Thomæ de Aquino.

¶ P I V S Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpe-
tuam rei memoriam.

M Irabilis Deus in sanctis suis: qui se daturū illos in lau-
dē, & gloriā, & honorem Prophetę ore promisit: vt
quos, sicut sol, in cōspectu suo fulgentes ob merita sanctita-
tis coronauit in cælo, admirabiliter etiā honoraret in secu-
lo: & in eo, quod illis tribui iubet, laudis & venerationis of-
ficio, debitum quoque Maiestati suę honorem, & gloriam
agnosceret. Quorum non modo vitam, sed mortē, sepul-
chra, monumenta, reliquias, & imagines ad Catholicę fi-
dei cōfirmationē, & ad confusionem hæreticę prauitatis
vt felicius etiam, quàm in præsentī vita, doceret viue-
re mortuos, qui in domino moriuntur, sæpissime di-
gnatus est decorare, & illustrare miraculis. Ex quo san-
ctorum laudabili numero, qui catholicam veritatem cor-
de, opere, & ore roborarunt. Angelici doctoris S. Tho-
mæ de Aquino ordinis fratrum prædicatorū in cælū asūptio,

R iij multis

Motus

multis ante annis orbis terrarum & diuinis & proprijs est comprobata testimonijs. Nam & miraculorum signis, quibus serui sui Thomæ perpetua veræ pietatis opera nobilitare voluit inexhausta Dei benignitas, & certissima Christianæ regula doctrinæ, qua S. Doctor Apostolicam ecclesiam infinitis confutatis heresibus illustrauit, adductus feli. recor. Ioannes. 22. prædecessor noster, illo in sanctorum numero relato, eius die festum nonis Martij, quo die nunc etiam colitur, anniuersario honore celebrari iussit. Sed quonia omnipotentis Dei prouidentia factum est, ut Angelici Doctoris vi, & veritate doctrinæ, ex eo tempore, quo celestibus ciuibus ascriptus fuit, multæ, quæ deinceps exortæ sunt, hereses confusæ & conuictæ dissiparentur (quod & antea sæpe, & liquido nuper in sacris Tridétini Concilij decretis apparuit) eiusdem memoriam, cuius meritis orbis terrarum à pestiferis quotidie erroribus liberatur, maiore etiã quam antea, grati & pij animi affectu colendam statuimus. Quod officium nostrum, præter beneficia ex illius salutaris disciplina in dies magis profecta in sacrosanctæ Ecclesiæ filios, ad quorum pastorem paternamque curam Dei benignitati humilitatem nostram placuit euocare, postulat etiam aliqua ex parte ordinis prædicatorum communio & societas: vnde, licet imparibus meritis, nos etiã tanquam ex fonte profluximus. Itaque primum ut in ciuitate & regno Neapolitano, quod in eam prouinciam, quæ ad salutarem omnium gentium institutionem, ex nobilissi-

ma

Proprij.

CXXXIIJ

ma familia Aquinate, clarissimum hoc edidit Ecclesiæ Dei lumen, tantum inde laudis, decorisque diuina bonitas redundare voluerit, de venerabilium fratrum nostrorum sanctæ Romanæ ecclesiæ Cardinalium consilio, atque vniuersi assensu, ipsa die nonarum Martij, qua præstantissimus Doctor migravit in cælum, posthac semper vniuersi vtriusque sexus ab omnibus vetitis ac seruilibus operibus laboribusque abstinentes, festum diui Thomæ solènter sub duplici maiori officio, sicut cæteras eius generis solènes festiuitates, quæ de ipsius Ecclesiæ præcepto seruantur: In alijs autem orbis terræ partibus, quæ admodum sanctorum quatuor Ecclesiæ Doctorum festiuitates piæ memoriæ Bonifacij Papæ. 8. etiam prædecessoris nostri præcepto celebrantur: sic eundem festum diem S. Thomæ in perpetuum posthac omnes item vtriusque sexus Christi fideles celebrent & venerentur, Apostolica auctoritate statuimus, ac sancimus. Ut vero etiam memoriæ S. Doctoris maiori studio ac pietate cultus & debita veneratio adhibeatur, de omnipotentis Dei, ac beatorum apostolorum Petri & Pauli auctoritate confisi, omnibus vtriusque sexus Christi fidelibus vere poenitentibus, & confessis, qui in ipso S. Thomæ festiuitatis die, sacellum, vel altare in Ecclesia S. Dominici Neapolitan. situm, in quo scriptoris Angelici doctrina, Saluatoris crucifixi ore (sicuti pia testatur historia) mirabiliter probata fuit, à primis eius diei vesperis usque ad occasum solis deuote visitauerint, septem annos &

totidem

Motus

rotidem quadragenas: In cæteris autem orbis terre partibus, ijs, qui eundem festum diem, vt præfertur, solenniter celebrauerint, & ad Ecclesiam, quæ apud eos fuerit, vel sacellum, aut altare sub eiusdem Sancti Thomæ inuocatione pie, ac deuote accesserint, quoties id fecerint, toties ceterum dies de iniuncta ipsis pœnitentia per præsentis literas in perpetuum valituras (quas sub alijs cuiuscunque generis indulgentiarum concessionibus, & illarum reuocationibus nullo modo comprehendere volumus) misericorditer in Domino relaxamus. Et quia difficile esset, has ipsas literas ad singula orbis terrarum loca peruenire, volumus, & auctoritate Apostolica decernimus, vt earum exemplis, etiam impressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius Prælati munitis, vbique locorum & gentium, in iudicio, & extra, eadem prorsus fides adhibeatur, quæ ijs ipsis, si exhibitæ essent, iure ab omnibus adhiberetur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre sanctionis, voluntatis, relaxationis, statuti, & decreti infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Datum Romæ apud sanctum Petrum, anno incarnationis Dominicæ Millesimo Quingentesimo Sexagesimo octauo. Tertio Idus Aprilis. Pontificatus Nostri Anno Secundo.

Ego

Proprij.

CXXXIIII

✠ Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego F. Card. Pisanus Ep̄s Ostiæ:
Ego Ioan. Card. Moronus Ep̄s
scopus Portuen.
Ego Christo. Card. Madrucius Ep̄s
scopus Præn.
✠
Ego A. Card. Farnesius, Episcopus
Tusc. Vicecan.
Ego Ioã Mi. Card. Saracenus, Ep̄s
scopus Sabinen.
✠
Ego Ioan. Card. Politianus.
Ego Ioã. Cicada Card. S. Clemēt.
Ego B. Card. Tranen.
Ego Scipio Card. Pisarum.
Ioan. Card. Capisuccus.
Ego Clemens, Card. Aræcali.
Ego Ia. Card. Sabellus.
Ego Ioã, Antonius, Card. sancti
Georgij.
Ego Aloyfius, Card. Cornelius.
B. Card. Siluiatus.
Ego Phi. Card. a Burdesiera.
Ego Lud. Card. Simōneta.
Ego Ant. Card. Granuelinus.
Ego F. Card. Paciecco.
Ego Mar. Antonius C. Amulius,

Ego Hieronimus Car. Corrigie.
Ego I. Frācisus Car. de Gabata.
Ego Hip. Card. Ferrariens.
Ego Iunicus Aualus Car. Arag.
✠
✠
Ego Ioan. Francis. card. Commē
donus.
Ego Marcus Antonius c. Bobba.
Ego Hugo Boncompagnus, car.
sancti Sisti.
Ego Alexander cardin. Sforcia.
✠
Ego Alexander card. cribellus.
✠
Ego Bñdictus car. Lomellinus.
Ego Gulielmus card. Sirletus.
✠
✠
Fr. M. Bonelius car. Alexādrj.
✠
✠
Ego Hie. card. Simoncellus.
Ego Vitello card. Vitellius cam.
✠
✠
Ego F. card. Alciatus.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.
Cę. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno

Motus

¶ Anno à Natiuitate Domini nostri Iesu Christi Millefimo, Quingentesimo, Sexagesimo septimo, indictione decima. Die vero. xxx. mensis Iunij. Pontificatus sanctissimi in Christo Patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. anno secundo, retrospectæ literæ publicatæ & affixæ fuerunt in valuis Sancti Petri de Vrbe, & sancti Ioan. Latera. & Cancellariæ Apostolicæ, per nos Ioan. Andream Roggerium, & Christianum de Monte prælibati sanctiss. D. N. Papæ Cursores.

Camillus Cherubinus, M. Cursorum.

¶ SANCTISS. D. N. D. PII PAPÆ V.

¶ Constitutio de trium votorum professione ab ijs emittenda, qui in congregationibus sub obedientia voluntaria viuunt, quorum habitus à secularibus presbyteris est distinctus.

¶ PIVS Episcopus Seruus Seruorum Dei,
Ad perpetuam rei memoriam.

L Vbricū vitæ genus eorū veriti, qui regulariū formam præferentes, nec proprijs renūciant, nec vllā profitentur ex regulis approbatis, quando horum pleriq; proprio instinctui obsequētes, alij odio incēsi, alij dū quod ambiūt, minus consequūtur, alij vel dilapidatis, vel interuersis rebus,

Proprij.

CXXXV

bus, & ad sese, vel propinquos translatis, vt ratiocinia effugiant, quidā etiam in suos ipsorū mores inquisitum iri presentientes, quasi impunitatem adepturi, è sodalitia suo, vt lubet, exiliunt, eiectisq; illius insignibus, vestem recipiunt secularem. Hinc graues & periculosa quotidie offensiones in populos concitantur, dum quos discipline regulari perpetuo mancipatos credunt, rursus eos, etiam vbi conseruerint, contempto post tot annos, & relicto (indignis sepe modis) eius cui sese dederant vite instituto, liberos vident & solutos in seculum euagari. Cū igitur conueniat, vt cuius arma induit, eā miles militiā persequatur, hāc de prædictis rationem capere instituimus, vt vel permanendi, vel abscedendi facultate semel singulis proposita, certus deinceps & imobilis discipline regularis cultus debeat in ipsis sodalitatibus perpetuo obseruari. Itaq; de nobis attributę potestatis plenitudine, statuimus, vt oēs, & singuli Priores, Præpositi, & alij præsidentes, generales, prouinciales, et cōuentuales, necnon Canonici, & fratres S. Georgij in Alga Venetiarū, ac Eremitarū S. Hieronymi, aliās beati Petri Pisarum, & omniū ac quarūcunq; aliarū congregationum, necnon ecclesiarū, domorum, & conuentuū in cōmuni, & sub obedientia voluntaria, & extra votū solenne religionis viuentes, quorū habitus à secularibus presbyteris est distinctus, qui religionē amplecti, & professionem regularē solennem emittere voluerint, id in suis quisq; Conuentibus, & do

domibus, intra viginti quatuor horarum spatium, postquam delegatus noster presentes literas eis significauerit, palam & sponte deliberent, & declarent: inde conuocato quam primum per singulas huiusmodi congregationes generali vel alio supremo, iuxta morem cuiusque congregationis, capitulo, ibique electa vna, sub qua degant, ex regulis approbatis, in quam maior pars vocum ipsius capituli consenserit, triumvotum substantialem professionem regularem intra mensem solenniter emittant, & in ea tam ipsi quam illam deinceps ingressuri, atque professuri, perpetuum ferant altissimo famulatum: sicque professi vel in suis quisque prioratibus, preposituris, presiderijs, administrationibus, & officijs confirmetur, vel ad alia transferantur, prout cuique congregationi, & superioribus suis videbitur vtilius expedire. Qui vero excursu iam anni spatio, in ipsa congregatione morati, refugerint intra tempus predictum profiteri, detracto religionis habitu, ac redditis, etiam in vinculis si opus sit, receptorum, & administratorum rationibus, eijciantur, nec deinceps patiantur in vllis eiusdem congregationis domibus, seu conuentibus amplius conuersari. Quo circa mandamus vniuersis & singulis Prioribus, Præpositis, Generalibus, Prouincialibus, & conuentualibus, ac alijs cuiuscunque dignitatis, & nominis Ministris, necnon conuentibus, canonicis, fratribus, & personis congregationum huiusmodi, vt statutum nostrum predictum, non expectata alia iussione, aut mentis nostræ declaratione

ratione, humiliter recipiant, & studiose obseruare procurent. Quod si forte aliqui in eo, quo nunc sunt statu (quem omnino tollimus & abolemus) contra nostrum hoc statutum persistere contenderint, singulos omni dignitate, officio, administratione, & beneficio priuamus, & ad futura perpetuo indignos decernimus, excommunicationis quoque sententia innodamus eo ipso. Non obstantibus foundationibus, & institutionibus, ac statutis & consuetudinibus congregationum, domorum & conuentuum predictorum, iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, priuilegijs quoque, exemptionibus, & indultis Apostolicis, illis eorumque superioribus, & personis, ac eorum singulis per quoscunque, Ro. Pont. predecessores nostros, ac nos, et Sedem Apostolicam, etiam per modum statuti perpetui, ac initi et stipulati contractus, ac alias sub quibuscunque tenoribus, et formis, ac cum quibusuis clausulis et decretis in genere, et in specie concessis, et confirmatis, ac etiam alijs reformationibus, quotiescunque, ac quocunque tempore factis, et promulgatis, & quibuslibet alijs indulgentijs, & literis Apostolicis, specialibus, & generalibus, quoruncunque tenorem existat, per que presentibus non expressa, vel totaliter non inserta, effectus earum impediri valeat quomodolibet, vel differri, et de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio specialis, que omnia tamquam abrogata, contra earumdem presentium tenorem nolumus cuiquam in aliquo suffragari.

Motus

Cæterum mandamus præsentēs ad valuas Basilicę Principis apostolorū de Vrbe, & Cancellarię apostolicę, ac in acie campi Florę publicari, & earum exēpla de more applicari. Ac etiam volumus quod ipsarū præsentium exēpla etiā impressa, & prælati Ecclesiastici, vel eius Curię sigillo, & Notarij publici manu ob signata, eandē illam fidē ubiq; locorū in iudicio & extra illud faciant, quā ipsæ præsentēs facerēt, sibi ostenderentur, aut exhiberētur. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostrę sublationis, abolitionis, priuationis, statuti, mandati, innodationis, & volūtatē infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attētare præsumpserit, indignationē ōnipotentis Dei, ac beatorū Petri & Pauli apostolorū eius, se nouerit incursum. *Datū Romę apud sanctum Petrū, anno incarnationis Dominicę M. D. LXVIII. quintodecimo kal. Decembris. Pontificatus nostri anno tertio.*

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

¶ Anno à Natiuitate Domini M. D. LXVIII. Indictione vndecima, die vero. 4. mensis Decembris, Pontificatus sanctiss. in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papę V. anno tertio, retrospectę literę apostolicę, affixę & publicatę fuerunt ad valuas Basilicę Principis apostolorum de Vrbe, Cancellarię apostolicę, & in acie campi Florę, dimissis in omnibus supradiētis locis earundē retrospectarum literarū copijs affixis, vt est moris per nos Ioānem

Frei-

Proprij.

cxxxvij

Freile, & Iulium Parinū prælibati sanctissimi Domini nostri Papę Cursores.

Pompeus Vallerius Curię Caesarum Cameraę Apostolicę Notarius.

¶ BREVE S. D. N. D. PII DIVINA PROUIDENTIA Papę V. Super reuocatione licentiarum ingrediendi Monasteria, ac domus Carthusien. & aliorum quorūcunq; regularium ordinū, etiam Mendicantium, quibusuis Mulieribus concessarum.

¶ Pius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

Regularium personarum, quę relicto seculo, Dei se obsequio dedicarunt, pro cōmissio nobis officio, quieti consulere cupientes, ad ea remouenda, quę Religiosum earum propositum impedire possunt, curam nostrā libenter intendimus, vt nulla re, quę eas à diuino cultu auocet, præpedite, secundum ordinum suorum regularia instituta, & decretum Sacri Tridentini Concilij, tranquillis mentibus gratum altissimo impēdere possint famulatū. Quia igitur & Carthusiensium ordinis, & aliorum regularē vitam professorū quies non parū solet, sicut accepimus, perturbari, propterea quod mulieres modestię matronalis oblitę, domos ac monasteria eorū, contra ipsorum instituta, prætextu confessionaliū, aut aliarum literarum apostolicarū ingredi au-

S deā

Motus

deant, ipsis etiam Abbatibus, Prepositis, Prioribus, & alijs presidentibus aliquando recusantibus, & rententibus, non sine magna eorum molestia, nec sine graui laicorum etiam offensione, ac scandalo, si quando admitti nimis facile videtur, huic rei providere volentes, Motu proprio, & ex certa scientia, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine, omnes & singulas facultates ac licentias ingrediendi Monasteria, ac domos Carthusien. & aliorum quorumcunque regularium ordinum, etiam Mendicantium, mulieribus cuiuscunque status, gradus, ordinis, conditionis, & quacunque dignitate ac preeminentia præditis, etiam Comitissis, Marchionissis, Ducissis, sub quibuscunque verborum tenoribus & formis, & cum quibuscunque etiam derogatoriis derogatorijs, alijsque fortioribus, efficacioribus, & insolitis clausulis, necnon irritantibus decretis ab Apostolica Sede quomodocunque concessas, quarum tenores perinde, ac si de verbo ad verbum presentibus infererentur, habere volumus pro expressis, tenore presentium reuocamus, & cassas, irritas, & inanes esse decernimus. Districte prohibentes, mulieribus quidem prædictas facultates & licentias pretendētibus, sub excommunicationis lætæ sententiæ poena, postquam harum literarum notitiam habuerint, à qua non possint nisi à nobis, aut à Rom. Ponti. qui pro tempore fuerit, absolui, præterquam in mortis articulo, ne dictas domos, & monasteria ingredi audeant: ipsis vero monasteriorum, & Conuentuum Abbatibus, Prepositis, Pri-

oribus

Proprij.

CXXXVIIJ

oribus, & alijs presidentibus, quocunque nomine vocentur, & eorum Monachis, Canonicis, & Fratribus, siue Mendicantibus, siue non mendicantibus, sub priuationis officiorum, quæ in presentia obtinent, & inhabilitatis in posterum ad illa, & alia omnia, & suspensionis à diuinis ipso facto, sine alia declaratione incurrendis poenis, ne eas introducere admittere præsumant. Non obstantibus præmissis, ac constitutionibus & ordinationibus apostolicis, ceterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem & mandamus, ut hæc littere ad valvas Basilicæ beati Petri apostolorum principis, & in Cancellaria nostra, ac in acie Campi Floræ de more publicentur, Quia vero difficile foret, has literas ad omnia loca deferri, volumus & declaramus, ut earum exemplis, & transumptis manu scriptis vel impressis, & manu alicuius Notarij publici subscriptis ac sigillo alicuius Prælati munitis par vbiq; fides habeatur, ac si presentes exhibitæ essent vel ostensæ. Dat. Ro. apud sanctum Petrum sub annulo piscatoris. Die xxiiij. Octobris M.D.LXVI. Pontificatus nostri anno primo.

Antonius Florebellus Lanellinus.

Anno à Natiuitate Domini M.D.LXVI. Indictione xj. Die xxviiij. mensis Octobris. Pontific. Sanctissimi in Christo patris & D.N.D. Pij diuina prouidentia Papæ V. Anno eius primo retrospectæ littere affixæ & publicatæ fuerunt in locis superscriptis, per nos Bernardinum

S ij

Andre

Motus

Andreuntium, & Ioannem Andream Rogerium apostolicos Cursores.

Philibertus Chapuis, Magister Cursorum;

PIVS PP. V.

Reuocatio facultatum concedendi cōmissiones alienationum bonorum ecclesiasticorum, aut piorum locorū, Camerario, & Camerae apostolicæ Clericorum Collegio concessarum.

PIVS PP. V.

MOtu proprio &c. Volētes indemnitati Ecclesiarū, aliorumq; piorū locorum, quantūcum Deo possūmus, consulere, ac prouidere, ne illorum bona sine nostra, aut successoris nostri scientia & licentia alienentur, aut perpetuo, vel ad longū tempus, aut vnā vel plures illa conducere volentes vitam, locentur, aut de his alio titulo disponatur: Omnes & singulas facultates, & licentias concedēdi cōmissiones alienationū vel permutationum, aut affranctationū, aut illarum confirmationū quorūuis bonorum ecclesiasticorum, aut locorū piorum cuiuscunq; valoris existentium, etiam summā annuā quinq; ducatorum auri de Camera non excedentiū, aut alterius minoris in forma, quę dicitur: Si in euidentem Dilecto filio Vitellio sanctæ Marię in via lata diacono Cardinali Vitellio nuncupato S. R. E. Camerario, eiusq; antecessoribus, & clericorum Camerae nostræ

Proprij.

CXXXIX

nostræ apostolicæ Collegio tā per se re. Gregorium. ix. Bonifacium. 9. Urbanū vj. Martinum v. Gregoriū v. Sixtū iij. Innocentiū viij. Iulij. Leonem x. Paulū iij. & Iulij similiter iij ac alios quoscunq; Ro. Pon. predecessores nostros, etiam Motu proprio ex certa scientia ex quauis causa etiā vrgentissima, cū quibusuis clausulis etiam derogatoriarū derogatorijs, ac quibusuis decretis, etiam irritatibus, & in vim contractus concessas confirmatas, & innouatas, illorū omniū tenores pro sufficienter expressis habētes perpetuo reuocamus, cassamus, & annullamus, interdicientes, & expresse prohibētes eidem Camerario, & clericis, ac alijs eiusdem Camerae Apostolicę officialibus sub pœna indignationis nostrę, ne in futurū licentias, & facultates, ac cōmissiones alienationū huiusmodi sub quouis pretextu concedāt: ac cōmissiones, & cōcessionū huiusmodi cōtra voluntatē, ordinationē, & decretū nostrum, nullas, inualidas, & irritas esse decernimus, & declaramus. Sicq; in premissis omnibus, & singulis per quoscunq; Iudices, & cōmissarios, quauis auctoritate fungētes &c. sublata &c. iudicari &c. debere: Necnō irritū & inane quicquid secus super his à dictis Camerario, clericis, & alijs officialibus & iudicibus prefa-tis, vel quibusuis alijs quauis auctoritate, scienter, vel ignorāter cōtigerit attentari. Nō obstantibus premissis, cōstitutionibus, & ordinationibus, priuilegijs quoq; , indultis, & literis apostolicis predictis, et alijs quibusuis quomodolibet

S iij

con

Motus

concessis, approbatis, & innouatis: quibus omnibus illorum tenores, &c. pro sufficiēter expressis habētes, derogamus, illaq; quoad præmissa cassamus, reuocamus, & annullamus, ceterisque contrarijs quibuscunq;. Volumus autem, quod præsentis nostri Motus proprii, etiā absq; illius Data & registratura, sola signatura sufficiat, & ubiq; fidē faciat, tam iniudicio quā extra, quacunque regula seu constitutione Apostolica contraria non obstante. Volumus autem quod præsens noster Motus proprius in Cancellaria nostra Apostolica, & acie campi Floræ de more publicetur, & inter constitutiones perpetuas describatur. Et quia difficile foret, præsentis ad singula quęque loca deferri, volumus, & etiā declaramus, quod eius transumptis etiā impressis, manu alicuius Notarij subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis eadē prorsus fides adhibeatur, quę præsentis Motui proprio adhiberetur, si foret exhibitus, vel ostēsus.

Placet Motu proprio. M.

¶ Lectus & publicatus fuit supradictus Motus proprius Romæ in Cancellaria apostolica, Anno incarnationis Dominicæ 1568. Die vero Martis, xvij. Augusti. Pōtificatus sanctiss. D. N. Pij Papæ. V. Anno Terrio.

A. Lomellinus Custos.

Franciscus Sellier Archiuij Ro. Cur. scriptor subscr.

San-

Proprij.

cxl

¶ SANCTISS. D. N. D. PII PAPÆ V.
Constitutio super Forma creandi Census.

¶ PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

CVM onus Apostolicæ seruitutis obeuntes, cognouerimus innumeros celebratos fuisse, & indies celebrari censuum cōtractus, qui nedum nō continentur intra limites à nostris antecessoribus eisdem contractibus statutos, verum etiā, quod deterius est, cōtrarijs omnino pactio nibus propter ardentem auaritiæ stimulum, legum etiam diuinarum manifestum cōtemptum præ se ferunt, nō potuimus animarum, pro vt tenemur, salutis consulentes, ac piarum mentium petitionibus etiam satisfaciētes, tā graui morbo, lætiferoq; veneno salutari antidoto nō mederi. Hac igitur nostra constitutione statuimus, censum, seu annum reditum creari, constituive nullo modo posse, nisi in re immobili, aut quæ pro immobili habeatur, de sui natura fructifera, & quę nominatim certis finibus designata sit: Rursū nisi vere in pecunia numerata, p̄sentibus testibus, ac Notario, & in actu celebrationis instrumēti, non autem prius recepto integro, iustoq; pretio. Solutiones, quas vulgo anticipatas appellant, fieri, aut in pactū deduci prohibemus. Conuentiones directæ, aut indirectæ obligantes ad casus fortuitos eum, qui aliās ex natura contractus

S iij non

non teneatur, nullo modo valere volumus: Quæ admodum nec pactum auferens, aut restringens facultatem alienandi rem censui suppositam: quia volumus rem ipsam semper & libere, ac sine solutione laudemij, seu quinquagesimæ, aut alterius quantitatis, vel rei, tam inter viuos, quam in vltima voluntate alienari. Vbi autem vendenda sit, volumus dominum census alijs omnibus preferri, eique denunciari conditiones, quibus vendenda sit, & per mensem expectari. Pacta continentia, morosum census debitorum teneri ad interesse lucris cessantis, vel ad cambiū, seu certas expensas, aut certa salaria, aut ad salaria, seu expensas medio iuramento creditoris liquidandas, aut rem censui subiectam, siue aliquam eius partem amittere, aut aliud ius ex eodem contractu, siue aliunde acquisitam perdere, aut in aliquam poenam cadere, ex toto irrita sint, & nulla. Imo & census augeri, & nouum creari super eadem, vel alia re in fauorem eiusdem, aut personæ per eum suppositæ pro censibus temporis vel præteriti, vel futuri omnino prohibemus. Sicuti etiam annullamus pacta continentia solutiones onerum ad eum spectare, ad quem alias de iure, & ex natura contractus non spectarent. Postremo census omnes in futurum creandos non solum re in totum, vel pro parte perempta, aut infructuosa in totum, vel pro parte effecta, volumus ad ratam perire, sed etiam posse pro eodem pretio extinguui: non obstante longissimi etiam temporis, ac immemorabili, immo centum, & plurium

annorum præscriptione, non obstantibus aliquibus pactis directe, aut indirecte talem facultatem auferentibus, quibuscunque verbis, aut clausulis concepta sint. Cum vero traditione pretij redditus extinguendus erit, volumus per bimestre ante id denunciari ei, cui premium dandum erit, & post denunciam, intra annum tamen, etiam ab inuito premium repeti posse, & vbi premium, nec volens intra bimestre soluat, nec ab inuito intra annum exigatur, volumus nihilominus quocumque reditum extinguui posse, præuia tamen semper denuncia de qua supra, & non obstantibus his, de quibus supra: idque obseruari mandamus etiam quod pluries, ac pluries denunciatum fuisset, nec vnquam effectus secutus fuisset. Pacta etiam continentia, premium census extra casum prædictum ab inuito, aut ob poenam, aut ob aliam causam repeti posse, omnino prohibemus, contractusque sub alia forma posthac celebrandos, foeneratitios iudicamus: Et ita illis propterea non obstantibus, quicquid vel expresse, vel tacite contra hæc nostra mandata dari, remitti, aut dimitti contingat, à Fisco volumus posse vendicari. Hanc autem salutiferam sanctionem nedum in censu nouiter creando, verum etiam in creato quocumque tempore alienando, modo post publicationem constitutionis creatus sit, perpetuo, & in omnibus seruari volumus. Declarantes, premium semel censui constitutum nunquam posse ob temporum, aut contrahentium qualitatem, seu

Motus

aliud accidens, nec quoad ultimo contrahentes minui vel augeri. Et licet legem ipsam ad contractus iam celebratos non extendamus, illos tamē omnes, in quos sub alia forma peruenerunt census, hortamur in Domino, vt singulos contractus censuræ bonorum religiosorum subiiciat, & animarū saluti consulant. Non obstantibus quibusuis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, statutis, & cōsuetudinibus, nec non priuilegijs, & literis etiam per quoscunq; Romanos Pontifices prædecessores nostros, ac etiam nos, sub quibuscunq; tenoribus & formis, ac cum quibusuis clausulis etiam derogatorijs, nec non irritantibus decretis, ex quauis causa, etiam per modū legis vniuersalis, aut alias quomodolibet editis, siue in fauorem Vniuersitatum, Communitatum, Collegiorum, congregationum, ciuitatum, & locorum concessis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus & singulis, illorū tenores præsentibus pro expressis habentes, quatenus directe, vel indirecte præsentis nostræ constitutioni in toto, vel in parte contrariantur, specialiter & expresse derogamus, cæterisq; contrarijs quibuscunq;. Volumus autem, quod præsentibus in Cancellaria, & acie Campi Floræ publicentur, & inter constitutiones extrauagantes perpetuo valituras conscribantur. Et quia difficile foret, præsentibus ad singula quæque loca deferri, volumus, & etiam declaramus, quod earum transumptis etiam impressis, manu alicuius

Notarij

Proprij.

cxlij

Notarij publici subscriptis, ac sigillo alicuius Prælati munitis, eadem prorsus fides vbiq; adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur, si foret exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominū liceat hanc paginam nostræ prohibitionis, annullationis, statuti, mandati, iudicij, hortationis, derogationis, declarationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorū Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Datum Romæ apud sanctum Petrū, Anno incarnationis Dominicæ M. D. LXIX. Quarto decimo kl. Februarij. Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Anno à Natiuitate Dñi 1569. Indictione xij. die vero xxix. Mensis Ianuarij, Pontificatus sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ V. anno eius quarto retrospectæ literæ Apostolicæ, affixæ & publicatæ fuerunt Romæ in locis retrospectis, videlicet ad valuas Cancellariæ Apostolicæ, & acie campi Floræ, per nos Camillum Cherubinum, & Christianum de Monte Prælibati S. D. N. Papæ Cursores.

Ioannes Guerardus Magister Curforum.

Lectæ

Motus

¶ Lectæ & publicatæ fuerunt retroscriptæ literæ Romæ in Cancellaria Apostolica, anno incarnationis Dominicæ 1569. Die vero Sabbati xxix. Ianuarij. Pōtificatus Domini nostri, Domini Pij Papæ quinti anno quarto.

A. Lomellinus Custos.

Ego Franciscus Alvarez, Hector de Mena publicus Apostolica auctoritate Notarius in Archiuo Romanæ Curie descriptus subscripsi.

¶ DECLARATIO CONCILII TRIDENTINI, De compaternitate, & affinitate, ex fornicatione, ac Matrimonijs desuper contractis, & contrahendis.

S Anctissimus in Christo Pater, & D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa quintus, Ad cuius notitiã peruenit, quod cum in decretis Sacri Concilij Tridentini certæ tantum personæ enumerentur, inter quas duntaxat cognatio spiritualis deinceps cōtrahatur, ab aliquibus reuocatur in dubium, an qui vltra personas in dictis decretis enumeratas, quoquomodo cognatione spirituali ante confirmationē dicti Concilij coniuncti erant, absq; dispensatione apostolica matrimoniū post dictam confirmationē contrahere potuerint, ac hodie, & de cetero contrahere possint, cum ante prædictam confirmationē, id facere de iure minime liceret. Et insuper cū in eiusdē decretis statuatur, affinitatē, quæ

Proprij.

cxljij

quæ ex fornicatione cōtrahitur, in illis solūmodo attendi debere, qui primo vel secundo affinitatis gradu coniunguntur: Ab aliquibus pariter dubitetur, an matrimonia inter personas, quæ ante confirmationem dicti Concilij, tertio, vel vltiori huiusmodi affinitatis gradu coniunctæ erant, post confirmationem eiusdem Concilij absq; dispensatione apostolica contracta, & quæ deinceps contrahi contigerit, dirimi debeant? Sanctitas sua ad tollendum omnē dubium, eos, qui ante confirmationē prædicti Concilij cognationem spirituales cōtraxerunt (dūmodo non sint ex personis in dictis decretis enumeratis, & inter quas tantū Concilium voluit deinceps contrahi) hanc cognationem spirituales matrimonij vinculo inter se absq; dispensatione aliqua libere & licite copulari posse, ac matrimonia etiã post confirmationem huiusmodi, absq; dispensatione Sedis apostolicæ inter eas iam cōtracta valere, plenāq; roboris firmitatem obtinere. Et similiter matrimonia post confirmationem Concilij absq; dispensatione apostolica sequuta, et quæ de cætero sequentur, inter personas, quæ ante dictam confirmationem, affinitatem (infra tamen secundum gradum ex fornicatione prouientem) contraxerant, propter huiusmodi affinitatem dirimi nō debere, sed valida, & efficacia existere declarauit. Sicq; per quoscūq; Iudices & Cōmissarios, etiam S. R. E. Cardinales (sublata eis quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate) iudicari & defini

finiri debere: ac quicquid secus super his à quoquā quavis auctoritate, scienter vel ignoranter attentari contigerit, irritum & inane decreuit.

Placet, publicetur & describatur. M.

¶ Lecta & publicata fuit suprascripta regula Romæ in Cancellaria Apostolica, anno incarnationis Dominicæ. 1566. die vero Martis, vigesima mensis Augusti. Pontificatus præfati S. D. N. Papæ anno primo.

A. Lomellinus Custos.

DECLARATIO REGULÆ PII. III.

Super expressione gradus propinquioris in dispensationibus matrimonialibus.

Sanctissimus in Christo Pater & D. N. D. Pius diuina prouidentia Papa Quintus, Attendens per quandam constitutionem dudum per felicis recordationis Pium papam quartum, Sanctitatis suæ prædecessorem editam (qua cauetur, quod in dispensationibus matrimonialibus, pro diuersis consanguinitatis, seu affinitatis ex eodem stipite prouenientibus gradibus coniunctis, non remotioris solū, prout olim fieri solebat, sed etiam propinquioris graduum expressa mentio fieri debeat, alioquin dispensationes, ac desuper confectæ literæ nullius sint roboris, vel momen-

ti, prout in dicta Constitutione plenius continetur) à dispositione iuris communis, & laudabili, ac antiquo Romanæ Curiaë stilo nimium recedi, ac fauorem matrimonij debitum restringi: Volensq; propterea iuri & stilo prædictis, necnon piæ me. Gregorij xj. & Clementis vj. Rom. Pont. etiam sanctitatis suæ prædecessorum vestigijs inhærendo, sacramento & libertati matrimonij, quantum cum Deo potest fauere, statuit, & ordinauit, Quod de cetero in quibuscūq; dispensationibus, quas pro matrimonijs cōtractis, aut contrahendis inter viros & mulieres, inuicem diuersis prohibitis consanguinitatis seu affinitatis, aut mixtis ex communi, seu ab eodem stipite surgentibus, quicumq; illi sint (dūmodo primum quoquomodo non attingant, cum in eo Sanctitas sua nunquam dispensare intēdat) gradibus coniunctos, ab eadem Sanctitate sua, & pro tēpore existente Rom. Pont. aut Sede apostolica impetrari, vel alia cōcedi cōtigerit, ac literis cōmissionibusq; desuper etiam locorū ordinarijs faciēdis gradus remotior attēdatur, trahatq; secum propinquorem, ac ob id sufficiat, remotiorem tātū gradum exprimere, obtentis tamen postea super propinquiore literis declaratorijs iuxta Greg. & Clem. præd. huiusmodi constitutiones, quas quo ad hoc innouauit, & inuolabiliter obseruari mandauit: dispensationesq; seu dispensandi cōmissiones, ac desuper confectas literas, & processus habitos per easdem dispensatis, seu his cū quibus dispē-

Motus

firma fide credo, & profiteor omnia & singula, quæ continentur in Symbolo fidei, quo sancta Romana ecclesia utitur, videlicet. Credo in vnū Deum, Patrē omnipotentē, factorem cœli & terræ, visibiliū omnium, & inuisibiliū. Et in vnum Dominū Iesum Christum filium Dei vnigenitum. Et ex patre natū, ante omnia secula. Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero. Genitum, non factum, consubstantialem Patri, per quē omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutē descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria virgine: Et homo factus est. Crucifixus etiā pro nobis, sub pontio Pilato passus, & sepultus est. Et resurrexit tertia die secundum scripturas. Et ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris. Et iterum venturus est cum gloria iudicare viuos & mortuos, cuius regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum dominum, & viuificantem, qui ex Patre, filioq; procedit. Qui cum patre, & Filio simul adoratur, & cōglorificatur, qui locutus est per prophetas. Et vnā sanctam catholicam, & apostolicam Ecclesiam. Confiter vnū Baptisma in remissionem peccatorum. Et expecto resurrectionem mortuorum. Et vitam venturi seculi. Amen. Apostolicas, & ecclesiasticas traditiones, reliquasque eiusdē Ecclesiæ obseruationes, & constitutiones firmissime admitto, & amplector. Item sacram scripturam, iuxta eū sensum, quem tenuit, & tenet sancta mater Ecclesia, cuius est

iudicare

Propriū.

cxlvi

iudicare de vero sensu, & interpretatione Sacrarum scripturarum, admitto: nec eam vnquam nisi iuxta vnanimem consensum Patrum accipiam, & interpretabor. Profitetur quoq; septem esse verē & propriē sacramenta nouæ legis, à Iesu Christo domino nostro instituta, atq; ad salutem humani generis, licet non omnia singulis, necessaria: scilicet **Baptismum, Confirmationē, Eucharistiam, Pœnitentiā, Extrema vñtionem, Ordinem, & Matrimonium**: illaq; gratiam conferre, & ex his **Baptismum, Cōfirmationem, & Ordinem** sine sacrilegio reiterari non posse. Receptos quoq; & approbatos Ecclesiæ Catholicæ ritus in supradictorum omnium sacramentorum solenni administratione recipio, & admitto. Omnia & singula quę de peccato originali, & de iustificatione in sacrosancta Tridentina Synodo definita & declarata fuerūt, amplector, & recipio. Profitetur pariter, in Missa offeri Deo verum, proprium, & propriatorium sacrificium pro viuis & defunctis, atq; in sanctissimo Eucharistiæ sacramento esse verē, realiter, & substantialiter corpus & sanguinem, vnā cū anima & diuinitate, domini nostri Iesu Christi, fieriq; conuersionē totius substantiæ panis in corpus, & totius substantiæ vini in sanguinē, quam conuersionem catholica ecclesia transubstantiationē appellat. Fateor etiam, sub altera tāū specie totū atq; integrū Christum, verūq; sacramentū sumi. **Constanter teneo Purgatorium esse, animasq; ibi detentas fideiū suffra-**

T ij

gijs

Motus

gijs iuari. Similiter & Sanctos vna cū Christo regnātes, venerandos, atq; inuocādos esse, eosq; orationes Deo pro nobis offerre, atq; eorū Reliquias esse venerandas. Firmiter assero, imagines Christi, ac deiparæ semper Virginis, necnō aliorū Sanctorū habendas & retinēdas esse, atq; eis debitū honorē, ac venerationē impartendam. Indulgētiarum etiā potestatem à Christo in Ecclesia relictā fuisse, illarumq; vsū Christiano populo maximē salutarē esse affirmo. Sanctam, catholicā, & Apostolicā Romanā Ecclesiā omnium Ecclesiarum matrē & magistrā agnosco. Romanoq; Pontifici beati Petri Apostolorum Principis successori, ac Iesu Christi Vicario, veram obedientiā spondeo, ac iuro. Cætera item omnia à sacris Canonibus, & Oecumenicis Concilijs, ac præcipuè à sacro sancta Tridentina Synodo tradita, definita & declarata indubitanter recipio, atque profiteor: simulq; contraria omnia, atq; hæreses quascunq; ab Ecclesia damnatas, & reiectas, & anathematizatas, ego pariter damno, reijcio, & anathematizo. Hanc veram Catholicam fidem, extra quā nemo saluus esse potest, quā in præsentis spontè profiteor, & veraciter teneo, eandē integram, & immaculatā vsque ad extremū vitæ spiritum constantissime Deo adiuuante retinere, & confiteri, atque à meis subditis, seu illis, quorū cura ad me in munere meo spectabit, teneri, doceri, & prædicari, quantū in me erit, curaturū. Ego idem N. spondeo, voueo, ac iuro: sic me Deus adiu-

Proprij.

clvij

adiuuet, & hæc sancta Dei Euangelia. Volumus autem, q̄ præsentēs literæ in Cancellaria nostra apostolica de more legantur. Et vt ōnibus facilius pateant, in eius Quinterno describantur, ac etiam imprimantur. Nulli ergo ōnino hominū liceat, hanc paginam nostrę voluntatis, & mādati infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare præsumpserit, indignationem ōnipotentis Dei, ac beatorū Petri & Pauli apostolorū eius se noverit incursum. Datū Romę apud sanctū Petrum, anno incarnationis Dominicę millesimo, quingentesimo, sexagesimo quarto. Idibus Nouēbris. Pontificatus nostri anno quinto.

Fæd. Cardinalis Cæsius.

Cæ. Glorierius.

¶ Lectæ, & publicatæ fuerūt superscriptę literæ Romę in Cancellaria apostolica, Anno incarnationis dominicę M. D. LXIII. Die vero Sabbati nona mēsis Decembris. Pōtificatus sanctissimi in Christo patris, & D. N. D. Pij Papę quarti, anno quinto.

A. Lomellinus Custos.

¶ BULLA S. D. N. D. PII DIVINA PROVIDENTIA PAPÆ V. Lecta in die coenæ Domini.

Anno M. D. LXVIII.

In nomine sanctæ, & indiuiduæ Trinitatis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti. Amen.

T iij

Noue

Motus

In initium
transumpti
Bulle.

¶ Nouerint vniuersi, hoc presens publicum transumptum inspecturi, quod nos Alexander Riarius protonotarius apostolicus Curie causarum Camere Apostolicae auditor, Romanaeque Curie Iudex ordinarius, sententiarumque & Censurarum in eadem Rom. Cur. & extra eam latorum, ac quarumcunque literarum Apostolicarum vniuersalis executor ab eodem S. D. N. Papa deputatus, vidimus, & diligenter inspeximus literas Apostolicas S. D. N. Pij diuina providentia Papae V. hodie, qui fuit dies Iouis Sancti & Coenae Domini, & soleniter more solito lectas, & publicatas, eiusque vera Bulla plumbea cum cordula rubei croceique colorum more Ro. Cur. pendente Bullatas, & omni suspitione carere subsequenter tenoris.

¶ P I V S Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam.

Proxi-
mum
Bulle.

¶ Consueverunt Romani Pontifices predecessores nostri, ad retinendum puritatem religionis Christianae, & ipsius vnitatem (quae in coniunctione membrorum ad unum caput, Christum videlicet, eiusque Vicarium, principaliter consistit) & sanctam fidelium societatem ab offensione seruandam, arma iustitiae per ministerium Apostolatus in presertim celebritate exercere.

In Hereticos & factores eorum, & recedentes ab

¶ Nos igitur vetustum, & solennem hunc morem sequentes, excommunicamus, & anathematizamus ex parte Dei omnipotentis, Patris, & Filij, & Spiritus sancti, auctoritate quoque beatorum

Proprii.

c xlviii

beatorum apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra quoscunque; Vitas, Vicleuitas, Lutheranos, Zuinglianos, Vgonotos, Anabaptistas, Trinitarios, ac omnes & singulos alios Hereticos, necnon Schismaticos quocunque; nomine nuncupentur, & cuiuscunque sectae existant, ac omnes eorundem Hereticorum fautores, receptatores, & illis credentes, ac eorum libros sine auctoritate nostra, & Sedis Apostolicae, scienter quomodolibet legentes, aut in domibus suis tenentes, imprimentes, aut quomodolibet defendentes ex quavis causa publice, vel occulte, quouis ingenio, vel colore; & generaliter quoslibet defensores eorundem: ac eos, qui in animarum suarum periculum se a nostra, & Rom. Pont. pro tempore existentis obedientia pertinaciter subtrahere, seu quomodolibet recedere praesumunt.

Apost. Se
disobedi-
entia.

¶ Item excommunicamus & anathematizamus & interdicimus omnes & singulas personas cuiuscunque status, gradus, seu conditionis fuerint, vniuersitatesque, Collegia, & Capitula, quocunque; nomine nuncupentur, ab ordinationibus, sententijs, seu mandatis nostris, ac Ro. Pot. pro tempore existentium, ad vniuersale futurum Concilium appellantes, vel ad id consilium, auxilium, vel fauorem dantes.

In appella-
tes a Papa
ad futurum
Concilium.

¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes Piratas, Corsarios, Latrunculos maritimos, et illos praecipue, qui mare nostrum a Monte Argentario usque ad Terracinam discurrere, & nauigantes in illo depredari, mutilare, interficere, ac reb'

In Piratas
& fautores
eorum & in-
rapientes
bona nau-
fragantium.

T iij

&

& bonis suis spoliare presumpserunt haftenus & presunt, ac omnes receptatores eorundem, & eis auxilium scienter dantes, vel fauore. Ac omnes, & singulos, qui Christianorum quoruncumque; (non tamen Piraticam exercentium) nauibus tempestate intransuersum (vt dici solet) iactatis, aut etiam submersis, & naufragatis, siue in ipsis nauibus, siue in mari, siue in littore inuentis, ex ipsis nauibus dilapsa cuiuscumque; generis bona, tam nostri Tyrrheni, & Adriatici, quam in quibuscumque; alijs cuiuscumque; maris regionibus, & littoribus rapuerint, seu quocumque; modo acceperint: aut ab alijs rapta, seu accepta quacumque; ex causa receperint: nec ab hominum culpa actanta immanitate propter quodcumque; priuilegium, consuetudinem, aut longissimi, etiam immemorabilis temporis possessionem, seu alium quemcumque; pretextum excusari possint.

In impo-
nentes no-
ua peda-
gia.

¶ Item excōmunicam⁹, et anathematizam⁹ oēs qui in terris suis noua pedagia, seu gabellas imponunt, vel prohibita exigunt.

In falsifi-
catorum li-
terarum, &
supplica-
tionum A-
postolica-
rum.

¶ Item excōmunicamus, & anathematizam⁹ omnes falsarios Bullarum, seu literarum Apostolicarum, & supplicationum, gratiam vel iusticiam concernentium, per Rom. Pont. vel S. R. E. Vicecancellarium, seu gerentes vices eorum, de mandato eiusdem Rom. Pont. signatarum, aut sub nomine eiusdem Rom. Pont. seu Vicecancellarij, aut gerentium vices praedictorum signantes supplicationes easdem, extendentes capitulum, Ad falsariorum, cum omnibus poenis in eo contentis: ac falsificantes seu mutant supplicationes per nos, seu

de

demandato nostro signatas & datatas sine nostra, aut Datarij nostri licentia.

¶ Item excōmunicamus, & anathematizam⁹ omnes illos, qui Equos, Arma, Ferrum, Filum ferri, Stannum, Chalibem, omniaque; alia metallorum genera, atque; bellica instrumenta, lignamina, canabem, funes, tam ex ipso canabe, quam ex quacumque; alia materia, & ipsam materiam, aliaque; prohibita deferunt Saracenis, Turcis, & alijs Christi nominis inimicis, quibus Christianos impugnant: Nec non illos, qui per se vel alium, seu alios de rebus Christianae Reipublicae statu concernentibus, in Christianorum perniciem, & damnum ipsos Turchas, & Christianae religionis inimicos certiores faciunt, illisque; consilium quomodolibet praestant. Non obstantibus quibuscumque; priuilegijs & concessionibus, quibuscumque; Principibus & Dominis, seu priuatis personis, per nos & Sede praedictam haftenus forsitan concessis, quae illis nolumus in aliquo suffragari.

In deferē-
tes prohibi-
ta ad ter-
ras infide-
lium.

¶ Item excōmunicamus, & anathematizam⁹ omnes impediētes, seu inuadentes vidualia, seu alia ad usum Romanae Cur. necessaria adducētes, vel qui ne ad Romanam Curiam adducantur, vel deferantur, impediunt, seu perturbant: vel qui talia faciunt, vel defendunt, cuiuscumque; fuerint ordinis, praeminentiae, conditionis & status, etiam si Pontificali, vel Regali, Reginali, aut alia quauis Ecclesiastica, vel mundana praesulgeant dignitate.

In impe-
diētes eos
qui vidualia
ad urbem
deferunt.

¶ Item

Motus

In eos qui venientes Romam vel ibi morantes offendunt
¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos, qui ad Sedem Apostolicam venientes & recedentes ab eadem, necnon omnes illos, qui iurisdictionem ordinariam vel delegatam non habentes, in eadem Curia morantes temeritate propria rapiunt, spoliant, & detinent, aut ex proposito deliberato verberare, mutilare, vel interficere praesumunt, vel qui talia fieri faciunt, seu mandant.

In eos qui manus inieciunt in S.R. Eccl. Card. vel Praelatos seu Nuncios
¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes temerem mutilantes, verberantes, vulnerantes, interficientes, captivantes, incarcerantes, & detinentes S.R.E. Cardinales (extendentes. C. Felicis, cum omnibus poenis in eo contentis) ac Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos, Sedisq; apostolicae Nuncios vel Legatos: aut praefatos Nuncios, & Legatos a suis terris, seu dominijs eiicientes, eaq; mandantes, seu consilium, vel auxilium praestantes.

In eos qui causam in curia pendenti cursum, & litterarum Apostolicarum executionem impediunt
¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes illos qui per se vel alium seu alios, quascunq; personas Ecclesiasticas, vel seculares ad dictam Curiam super eorum causis & negotijs recurrentes, illaq; in eadem Curia prosequentes, aut procurantes, negotiorumq; gestores, advocatos, procuratores ipsorum, seu etiam auditores, vel iudices super dictis causis vel negotijs deputatos occasione causarum, vel negotiorum huiusmodi verberant, mutilant, vel occidunt, seu bonis spoliant: ac illos, qui aliquas literas Apostolicas, etiam in forma Brevis, tam gratiam, quam iustitiam con-

cer-

Proprij.

cl

cernentes, & etiam citationes, monitoria & executoriales quae a Sede Apostolica emanarunt, & pro tempore emanabunt sine eorum beneplacito, & examine, executioni demandari inhibent: ac Notarios, exequutores, vel subexcutores literarum monitoriarum, & citationum, ac executorialium huiusmodi capiunt, incarcerant & detinent, vel capi, incarcerari, & detineri faciunt: necnon qui, ne literis & mandatis Sedis Apostolicae, & Legatorum, ac Nuntiorum, & iudicum vel delegatorum eiusdem, similiter gratiam iustitiam concernentibus, caeterisque super illis, & rebus iudicatis, decretis, processibus, & executorialibus, non nisi habito eorum prius beneplacito & consensu, per eorum literas executoriales, vel alias nuncupatas, & forsitan certo pretio soluto pareatur, neve Tabelliones, & Notarii super huiusmodi literarum, & processuum executione instrumenta vel acta conficere, aut confecta parti, cuius interest, tradere debeant: Qui ve etiam sub quibusvis poenis, quibuscunq; personis in genere, vel in specie, ne pro quibusvis eorum negotijs prosequendis, seu gratijs vel literis impetrandis ad Rom. Cur. accedant, aut recursum habeant, seu gratias ipsas vel literas a dicta Sede impetrerit, seu impetratis utantur, directe prohibere, statuere, seu mandare, vel eas apud se, aut aliam quamcunq; personam etiam Notarium, vel Tabellionem retinere praesumunt.

¶ Qui ve ex eorum officio, vel ad instantiam quorumcunq; In eosq; perso-

Motus

clericalia bona vsurpat, & qui statuta contra libertatē Ecclesie faciūt.

personas ecclesiasticas, Capitula, Conuentus, & Collegia ecclesiarum, quarūcūq; coram se ad eorum tribunal, audientiam, cancellariā, consilium, vel parlamentū, præter iuris cōmunis dispositionem trahūt, vel trahi faciūt, vel procurant directe, vel indirecte quouis quęsito colore: Nec nō qui statuta, ordinationes, constitutiones, pragmaticas, seu quauis alia decreta in genere, vel in specie ex quauis causa, & quouis quęsito colore, etiam sub prætextu literarum Apostolicarum in vsu non receptarum seu reuocatarum, vel cuiusuis consuetudinis aut priuilegij, vel alias quomodolibet hætenus fecerunt, ordinarunt, & publicarunt, ac facient, ordinabunt, & publicabunt in futurū, per quas, & quę libertas ecclesiastica tollitur, seu in aliquo læditur, vel deprimatur, aut alias quouis modo restringitur, seu nostris, & dictæ Sedis iuribus quomodolibet tacitè, vel expresse præiudicatur.

In eos qui decimas, aut tales quascūq; personis Ecclesiasticis imponunt, aut exigūt, ac assensum auxilium, vel cōsiliū præstant.

¶ Quiuè iurisdictiones, seu fructus, redditus, & prouetus, ad ecclesiasticas personas ratione ecclesiarū, Monasteriorū & aliorum beneficiorum ecclesiasticorum per eos obtentorū pertinentes vsurpant, vel surripiunt, seu quauis occasione, vel causa, sine Rom. Pōt. expressā licentia, sequestrant, aut collectas, decimas, tales, præstantias, & alia onera clericis, prælatis, & alijs personis ecclesiasticis, ac eorū et ecclesiarū, Monasteriorū, et aliorum beneficiorū ecclesiasticorum bonis, illorumq; fructibus, redditibus, et prouetibus huiusmodi

Proprij.

clj

huiusmodi absq; simili Rom. Pont. speciali, & expressa licentia imponunt, & diuersis etiā exquisitis modis exigūt, aut a sponte etiā dantibus, & concedentibus recipiūt: nec non qui per se, vel alium, seu alios directè, vel indirectè prædicta facere, exequi, vel procurare, aut in eisdē auxiliū, cōsiliū, vel fauorem, aut votum, seu suffragiū palā vel occultè præstare nō verentur, cuiuscūq; sint præeminentiæ, dignitatis, ordinis, conditionis, aut status, etiā si Imperiali, aut Regali præfulgeant dignitate, seu Principes, Duces, Comites, Barones, Respublicæ, & alij potentatus quicūq; etiā Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & terris quoquomodo præsidentes fuerint, aut quauis etiā Pontificali dignitate præfulgeant: Innouamusq; decreta sup his, tā per sacros Canones, & Cōcilia generalia, quā etiā in Lateranen. Cōcilio nouissimè celebrato ædita, etiā cum interdicto ecclesiastico, & alijs censuris & pœnis in eo contentis.

¶ Item excōmunicamus, & anathematizamus omnes, & quoscūq; Magistratus, Senatores, Præsidentes, Auditores, & omnes alios quoscūq; iudices, quocūq; nomine uocentur: ac Cancellarios, Vicecancellarios, Notarios, scribas ac quoscūq; executores & subexecutores, oēsq; alios quoquomodo se intrōmittentes in causis capitalibus seu criminalibus contra personas ecclesiasticas, illas capiendo, processando, seu sentētiās cōtra illas proferendo, vel exequendo, etiā prætextu quorūcūque priuilegiorū à Sede Apostolica

In laycōs se intrōmittētes in causis capitalibus cōtra personas ecclesiasticas.

Motus

Aplica concessorum quibuscunq; Regibus, Ducibus, Principibus, Rebus publicis, Monarchijs, Ciuitatibus, & alijs quibuscunq; Potentatibus quocunq; nomine censeantur: quæ nolumus illis in aliquo suffragari: reuocantes ex nunc, quatenus opus sit, prædicta priuilegia per quoscunq; que Rom. Pont. prædecesores nostros, & Sedem Apostolicam, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac quouis prætextu vel causa concessa, illaque irrita, & nulla, ac nullius roboris, vel momenti fore, & esse decernentes.

In officia
les, & præ
latos qui
spūales,
iudicib.
apostoli
cis auo
cāt & exe
quutionē
fiterarū
& mēda
torū Apo
stolicorū
impediūt

¶ Item excommunicamus, & anathematizamus omnes, & singulos Cancellarios, Vicecancellarios, & Consiliarios, ordinarios, & extraordinarios quorumcunq; Regū, & Principum, ac præsidentes Cancellariarum, & consiliorum, & parlamentorum; necnon Procuratores generales eorundem vel aliorum Principū secularium, etiam si Imperiali, vel Regali, Ducali, vel alia quacunq; præfulgeant dignitate, quocunq; nomine nuncupentur: aliosque iudices tam ordinarios quam delegatos: Necnon Archiepiscopos, Episcopos, Abbates, Commendatarios, Vicarios, & officiales, qui per se, vel alium seu alios quarumcunq; exemptionum, vel aliarum gratiarum, & literarum Apostolicarū prætextu beneficiales, & decimarum, ac alias spirituales & spiritualibus annexas causas ab auditoribus, & commissarijs nostris alijsque iudicibus Ecclesiasticis (vt eorum verbis vtamur) auocant: ac executiones monitoriorum, citationum

Proprij.

clij

tationum, inhibitionum, sequestrorum, executorialium, & aliarum literarum Apostolicarum, tam gratiam, quã iustitiam concernentium a nobis, necnon Camerario, & præsidentibus Camere apostolicæ, ac auditoribus, & commissarijs, alijsq; iudicibus apostolicis in eisdem causis pro tēpore emanatarum, illarumq; cursum, audientiamq; ac personas, capitula, conuentus, collegia causas ipsas exequi volentes auctoritate laicali impediunt, & se de illarum cognitione tāquam iudices intromittere, ac partes actrices, quæ illas committi fecerunt, & faciunt, ad reuocandum, & reuocari faciendum citationes, vel inhibitiones, aut alias literas in eis decretas, & ad faciendum eos, contra quos tales inhibitiones emanarunt, a censuris, & pœnis in illis contentis absolui ordinant, vel compellunt: vel alias executionem literarum Apostolicarum, vel executorialium etiam sub prætextu violentiæ prohibendæ, vel quod ad nos informandos, vt ipsi aiunt, supplicauerint, aut supplicari fecerint: nisi ipsi supplicationes huiusmodi coram nobis & Sede Apostolica legitime prosequantur, quomodolibet impediunt, vel suum ad id fauorem, cōsilium, aut assensum præstant.

¶ Item excōmunicamus & anathematizamus omnes multantes, vulnerantes, interficientes, seu capientes, & detinētes seu depredantes Romipetas & Peregrinos ad Urbem causa deuotionis seu peregrinationis accedentes, & in eā

In eos, q
peregrinos ad
urbē veniē
tes offē
dunt.

morantes

Motus

intransientes, vel recedentes ab ipsa, & illis dantes auxilium
consilium, vel fauorem.

In eos,
qui terras
sive iura
E. R. oc-
cupant, vel
inuadunt.

¶ Itē excōmunicamus & anathematizamus oēs illos, qui
per se, vel aliū, seu alios directē, vel indirectē, sub quocūque
titulo, vel colore de facto occupant, detinēt, vel hostiliter
destruunt, vel inuadunt, aut occupare, detinere, vel destrue-
re, aut inuadere hostiliter præsument in toto vel in partē
Almam Urbē, Regnū Siciliae, Insulas Sardiniae, & Corsi-
cæ, Terras citra Pharū, patrimoniu beati Petri in Tuscia,
Ducatū Spoletanum, comitatū Venayfinū, Sabinensem,
Marchiæ, Anconitanæ, Massæ, Trebariæ, Romandiolæ, Cā-
paniæ, & maritimas prouincias, illarūque terras & loca: ac
terras specialis cōmissionis Arnulforū, ciuitatesq; nostras
Bononiā, Cesenā, Ariminū, Beneuentū, Perusiū, Auinio-
nem, ciuitatem Castelli, Tudertū, & alias ciuitates, terras
& loca, vel iura ad ipsam Rom. Eccl. spectātia, & pertinē-
tia, dictæque R. E. mediate, vel immediate subiecta, ac su-
premi iurisdictionē in illis nobis, & eidē R. E. cōpetentem
de facto vsurpare, perturbare, retinere: & vexare varijs mo-
dis præsument: Necnon adherentes, fautores: & defenso-
res eorū, seu illis auxilium, consilium vel fauorem quomo-
dolibet præsantes: Necnon omnes, & singulos vasorum
aureorū, argenteorū, vestimentorum, suppellectiliū cuiuscū-
que generis, librorum, & scripturarum: & aliorū bonorū
ex Palatio apostolico, Sedis apostolicæ vacationis: & alio

quo-

Proprij.

clij

quocūq; tempore ablatorum ablatores, & illorū detēto-
res, ac quoscunque alios, ad quorū manus bona ipsa quocū-
que titulo, & ex quauis causa scienter peruenerit, & in quo-
rum manus ad præsens existunt.

¶ Declarantes nihilominus, ac protestātes (provt tenore
præsentium declaramus, ac expresse protestamur) absolu-
tionem hodie, vel aliās, etiam solenniter per nos faciendā,
præfatos omnes, & singulos excōmunicatos, & qualifica-
tos, cæterosq; sub præsentibus comprehensos, nisi prius à
præmissis cū vero proposito vltius similia non cōmittē-
di, destiterint: Ac etiam eos, qui contra libertatē Ecclesiæ,
vt prēmittitur, statuta fecerint, nisi prius statuta, ordinatio-
nes, cōstitutiones, pragmaticas, & decreta hmōdi publice
reuocauerint, & ex Archiuis, seu capitularibus locis, aut li-
bris in quibus annotata reperitūtur, deleri, & cassari, ac nos
de reuocatione hmōdi certiores fecerint, non cōprehende-
re, nec eis aliter suffragaturam fore, ac in præmissis omni-
bus, & singulis, ac alijs quibuscunq; iuribus Sedis Aposto-
licæ, ac S. Rom. Eccl. vndecunque & quomodocunq; que-
sitis, vel quærendis per quoscunque actus contrarios, vel
quomodolibet præiudicantes, tacitos vel expressos, à no-
bis vel Sede Apostolica quomodolibet factos, aut faciēdos
aut quemcunque temporis cursum, seu patientiam, vel to-
lerantiam nostram nullatenus præiudicari debere, aut quo-
modolibet posse.

In rapto-
res b. no-
rū Palatii
Apostolice
ci.

Quod nul-
la solēnis
Pōt. abso-
lutio com-
prehēdit
supradi-
ctos, nec
eo qui sta-
tuta præ-
fata, liber-
tatem Ec-
clesiæ læ-
dentia, cō-
dunt.

Y

Non

Motus

Quod pri-
uilegia, cō-
suetudi-
nes etiam
immemo-
rabiles in
indulgenti-
ac cōfessi-
onalia nō
suffragan-
tur cōtra
pramissa.

¶ Non obstantibus quibuscunq; priuilegijs, indulgentijs,
& literis apostolicis generalib⁹, vel specialibus, eis vel eorū
alicui vel aliquibus cuiuscunq; ordinis, status vel cōditionis
dignitatis, vel præeminētię fuerint, etiā si, vt præmittitur,
Pontificali, Imperiali, Regali, Reginali, seu quauis alia ec-
clesiastica, & mundana præfulgeāt dignitate, vel eorū Re-
gnis, Prouincijs, Ciuitatibus, seu locis, à prædicta Sede sub
quauis forma, vel tenore, aut ex quauis causa, etiā sub præ-
textu quod per viam cōtractus, aut remunerationis, & cū
quibuscunq; clausulis etiā derogatorijs derogatorijs, con-
cessis, etiā quod excōmunicari, vel anathematizari nō pos-
sint per literas Apostolicas, nō facientes plenā & expressā,
ac de verbo ad verbū de indulto hmōi, ac ordinibus, locis,
nominibus proprijs, cognominibus, & dignitatibus eorū
mentionem. Nec non consuetudinibus etiā immemorali-
bus, ac præscriptionibus quantumcunq; longissimis, &
alijs quibuslibet obseruantijs scriptis, vel nō scriptis, ceteris-
que contrarijs quibuscunq; per quæ contra nostros pro-
cessus huiusmodi, ac sententias, quo minus includantur in
eis, se iuuare valeant, vel tueri: & quæ, quoad hoc, eorum
omnium, & singulorum tenores, ac si de verbo ad verbum
nihil penitus omissio infererentur, præsentibus pro expres-
sis habentes, penitus tollimus, & omnino reuocamus: &
à quibus quidem sententijs nullus per alium, quā per Ro-
manum Pontificem, nisi in mortis articulo cōstitutus, ab-
solui

Proprijs.

clij

solut possit: nec etiam tunc, nisi de stando Sanctę Romanę
Ecclesię mandato, vel satisfaciēdo sufficienti cautione præ-
stita, etiā prætextu Confessionalium, seu quaruuis facul-
tatum verbo, literis, aut quauis alia scriptura, etiā in qua
sola signatura sufficeret. Concessum, & quauis derogato-
riarum derogatorię, fortiores: & efficaciores: & insolitę
clausulę apparerent, quibusuis personis cuiuscunq; præ-
eminentię, dignitatis conditionis, vel status, etiam si Pon-
tificali, Regali, Reginali, vel quauis alia præfulgeant di-
gnitate, religiosi & secularibus vtriusque sexus, Capitu-
lis, Collegijs, Conuentibus, ordinibus, etiam Mendican-
tium: & militiarum Hospitalibus, Confratrijs, & vniuersi-
tatis ac alijs quibuslibet congregationibus, ac pijs locis
cōcessarum à nobis, vel à prædicta Sede, seu à cuiusuis Cō-
cilij generalis Canonibus vel decretis, & quas cōcedi con-
tingeret quomodolibet infuturum.

¶ Illos autē, qui cōtra tenorē præsentium talibus, vel eorū
alicui, seu aliquibus absolutiois beneficiū impēdere defa-
cto præsumperint, excōmunicationis, & anathematizatio-
nis sentētia innodamus, eisq; p̄dicationis, lectionis, admini-
stratiōis sacramentorū, & audiēdi cōfessiones officia inter-
dicimus: eis denuntiantes, & declarātes apertē, nos grauius
cōtra eos spiritualiter & temporaliter (pro vt expedire cogno-
uerimus) processuros. Et nihilominus, quicquid egerit ab-
soluendo, vel alijs, nullius sit roboris vel momenti.

n absol-
uēt: s trās-
gressores

Ordina-
rij, curati,
accōfesso
res debēt
penes se
haberetrā
sumptum
præsentū
& diligen-
ter legere.

¶ Præcipimus autem, & mandamus in virtute sanctæ obe-
dientiæ ac sub pænâ indignationis omnipotentis Dei, ac
beatorū Apostolorum, Petri, & Pauli, & nostræ, vniuersis,
& singulis Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis, cæ-
terisq; locorū ordinarijs, necnō quibusuis alijs curā anima
rū exercentibus, & alijs præbyteris sæcularibus, seu quo-
rumuis ordinum regularibus ad audiendam confessionem
quauis auctoritate expositis, siue deputatis, ne de huiusmo-
di reservatione prætere valedant ignorantiam, vt tran-
sumptum harum literarum Apostolicarum penes se habe-
re, easque legere diligenter & attente studeant.

Quod
Bulla pu-
blicetur in
vallis Pr.
Apost. &
S. Io. Late-
ran. de vr-
be: & vige-
at, quous-
que alius
processus
factus fue-
rit.

¶ Vt autem huiusmodi nostri processus ad cōmunem om-
nium notitiā deducantur: Chartas, seu membranas pro-
cessus continentes eosdē in Vallis Basilicarū principis A-
postolorum, & S. Ioannis Lateraneñ de vrbe affigi, seu ap-
pendi faciemus, quæ processus ipsos quasi sonoro præconio
& patulo indicio publicabunt: vt ij, quos processus hmōi
contingunt, quod ad ipsos non peruenerint, aut quod ip-
sos ignorauerint, nullā possint excusationem prætere,
seu ignorantiam allegare, cū non sit verisimile, quod ipsū
remaneat incognitū, quod tam patenter omnibus publica-
tur. Volentes insuper, ac mentis nostræ esse declarātes, pro-
cessus præfatos, ac omnia & singula præsentibus contenta,
quousque alius processus huiusmodi per nos, aut Romanū
Pontificem pro tempore existentem factus, ac publicatus

fue-

fuērit, valida omnino, ac efficacia esse, suosque plenarios,
effectus sortiri debere.

¶ Verū vt præsentēs literæ, ac omnia, & singula in eis cō-
tenta eō fiant notiora, quo in plerisque ciuitatibus, & locis
fuerint publicata, Venerabilibus fratribus nostris Patriar-
chis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, & locorū or-
dinarijs vbilibet constitutis per hæc scripta cōmittimus, &
in virtute sanctæ obedientiæ districtè præcipiendo manda-
mus, quatenus per se, vel aliū seu alios præsentēs literas (post
quā eas receperint, seu earum habuerint notitiā) saltem se-
mel in anno, aut pluries, prout expedire viderint, in Ecclē-
sijs suis, dum maior in eis populi multitudo ad diuina con-
uenerit, solenniter publicent, & ad Christifidelium mētes
deducant, nuntient, & declarent.

¶ Decernentes, earundē præsentium transumptis, etiā im-
pressis, manu Notarij publici subscriptis, & sigillo alicuius
Iudicis ordinarij Rom. Cur. munitis eandem prorsus fidē
in iudicio & extra vbilibet adhibēdā fore, quæ ipsis præsen-
tibus adhiberetur, si forent exhibitæ vel ostensæ.

¶ Nulli ergo omnino hominū liceat hāc paginam nostræ
excōmunicationis, anathematizationis, extensionis, reuo-
cationis, innodationis, interdicti, innouationis, protestatio-
nis, declarationis, cōmissionis, præcepti, mandati, decreti
& voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si
quis autem hoc attentare præsumperit, indignationē om-

V ij nipo-

Quod
Bulla pu-
blicetur p
locorū or-
dinarios
saltem se-
mel in an-
no.

Quod fi-
des adhi-
beatur trā-
sumptis,

Motus

nipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud Sanctum Petrum: Anno Incarnationis Dominicæ 1568. Quarto Id. Aprilis, Pontificatus nostri anno tertio.

Cæsar Glorierius.

H. Cumyn.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

Publica Bullæ. Anno à Natiuitate Domini 1568. indictione. xj. die vero Iouis. xv. mensis Aprilis. Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini Nostri Domini Pij diuina providentia Papæ Quinti anno eius tertio superscriptæ literæ affixæ & appensæ fuerunt in valuis supradictis, ut moris est, per nos Alexandrum Astancollum, & Franciscum Fayam, sanctissimi D. N. Papæ Cur. Bartholomæus Sotro casa Magister Cursorum.

Cōtinua-
tio tran-
sumpti.

Quibus quidē literis diligenter inspectis, illas ad requisitionē, & instantiā Magn. D. Io. Baptistæ Bizoni Sanctiss. D. N. Papæ, & Camere Apostolicæ Procuratoris Fiscalis, per Do. Fabritium Galletum Notarium publicum infra scriptū transumpti & exemplari, ac in hanc publicā transumpti formam redigi mandauimus. Decernentes, & volētes, ut huic præsentī transumptio, iuxta earundē literarum, & decreti in eis appositi formā, continentiam, & tenorem de cætero plena & indubia fides adhibeatur vbiq; locorum, ac si ipsæ literæ originales exhibitæ, vel

osten

Proprij.

clvj

ostensa forent. Quibus omnibus, & singulis auctoritatē nostrā ordinariā, ac decretum interposuimus, & interposuimus per præsentēs. In quorum fidē præsentēs literas, ac præsentis publicum transumpti instrumentū exinde fieri, & per impressores Camerales imprimi, ac per eundem Dominum Fabritium Galletum Notarium nostram, & Curie nostræ coram nobis scribā infra scriptum subscribi, & publicari mandauimus, nostrique soliti sigilli impressione muniri iussimus & fecimus. Datum Romæ in ædibus nostræ solitæ residentiæ sub anno à Natiuitate Domini 1568. Indictione xj. die vero xv. mensis Aprilis, Pontificatus sanctiss. in Christo patris & D. N. D. Pij diuina providentia Papæ Quinti anno tertio, præsentibus ibidem D. Iacobo Gerardo, & Pompeo Valeria dictæ Curie nostræ notarijs, & coram nobis scribis, testibus ad præmissa omnia & singula vocatis, & rogatis.

Testas

Simon Gugnētus Curie Illustr. & Reueren. D. S. Vicarij Notarius.

¶ SANCTISS. D. N. PII PAPÆ V. EXTENSIO constitutionis Bonifacij Papæ V. Quæ incipit, Felicis, ad scientes & non reuelantes eos, qui offendunt S. R. E. Cardinales.

¶ PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam rei memoriam.

V iij

Infe-

Motus

In felicis seculi pericula miserati, dolorem cōprimere nō
valemus, quod nefarij homines, iustorum sanguine sitiē-
tes, ad illorum quoq; perniciem infestiore animo incum-
bant, quos Spiritus sanctus membra constituit præcipua
Ecclesiæ Dei, quam suo sibi sanguine acquisiuit. Magna
igitur ratione post alios felicis recor. Bonifacius Papa viij.
de fratrum suorum consilio, perpetua constitutione sancit,
vt si quis S. R. E. Cardinalem fuerit hostiliter insecutus, aut
percussit, aut ceperit, aut mandauerit id fieri, socius ve
fuerit facientis, factum ve ratum habuerit, seu dederit con-
siliū, vel fauorem, aut receptauerit, aut defenderit scien-
ter eundem, tanquam læsæ maiestatis reus, perpetuo sit
infamis, & præterea diffidatus bānitus, & intestabilis. O-
mnia eius ædificia ruiæ perpetuæ subiaceant: nullus ei debi-
ta reddere, nullus ei in iudicio respondere teneatur, bonis
omnibus fisco, vel reipublicæ applicatis. Idem etiā feudis,
beneficijs, & officijs spiritualibus & tēporalibus sit ipso iure
priuatus: sed & ipse in sectans ex cōmunicationis sententiā
incurrat, quā solus R. O. Pō. excepto mortis articulo, valeat
relaxare. Sed ne hæc quidē constitutio, propter abdita cō-
sceleratorum consilia, omnino satis esse noscitur ad hmodi
sacrilegia amplius prohibenda. Qui enim alicui vim infer-
re sibi proponunt: id secreto, in occulto vt maxime machi-
nantur, veluti impiū illud facinus indicat in personā dilecti
filij nostri Caroli tituli sanctæ Praxedis presbyteri Cardi-
nalis

Proprij.

clvij

nalis Borromæi, Ecclesiā Mediolanensem sanctissimis in-
stitutis studiose informantis proxime attentatū. Quæ res
nos grauius cōmouet, vehemētiusq; excitat omnia exqui-
rere, vt nobilissimæ corporis nostri partes vndiq; protegā-
tur. Quibus enim præsidio erimus? quibus suppetias affere-
mus? quos deniq; tutabimur? si tēpli Dei bases, si clarissima
ecclesiæ lumina, si speciales filios, qui pro animab⁹ populo-
rū: pro fide, pro iustitia, pro vnitāte peruigilant, in ultos de-
seramus? Itaq; sanctioni prædictæ de simili fratrum nostrorum
consilio adijcentes, Statuimus, vt quisquis, etiā à nudo cō-
silio, aut simplici fauore, aut omnino à cæteris p̄dictis alie-
nus, quempiā authorū, administratorū, vel cōsciorum cōiura-
tionis siue conspirationis, aut cōmissi, cōmittendi ve crimi-
nis in personā Cardinalis, illorum ve fautorum, receptorū,
vel occultatorum, siue ex renunciatione sibi protinus, vel
per interpositā personā, aut literas, facta cognouerit, siue
ex scripturis, coetu, conatu, cōcursu, insidijs, alijs ve signis et
indicijs qualēcunq; scientiā habuerit, vel etiā cōiecerit, qui
ve horū quicquā intellexerit, quantumcūq; res alias occul-
ta sit, quam primū id Rom. Pont. si in Curia fuerit: si aut
Ordinario loci: vel si Cardinalis ipse Ordinarius extiterit,
propinquiori Episcopo: & si crimen nondū cōmissum fue-
rit, etiā ipsi Cardinali properet reuelare. Quicunq; vero,
etiam nō sub litis, & omnino extraneus defecerit, cuiuscū-
q; dignitatis fuerit, prædicto sit ex cōmunicationis laqueo
inn-

Motus

innodatus, pariterq; maiestatis eius infamia, & oēs poenas
 predictas eo ipso incurrat. Eadē nihilominus cōstitutione
 quoad reliquas eius partes, ac ceteris ōnibus sanctionibus
 Canonicis, & Ciuilibus, ad taliū coercionē editis, in suo ro-
 bore duraturis. Porro si quis ad sanitatē reuertēs, rē adhuc
 incognitā retexerit, omni noxa penitus liberetur. Ceterū
 loci Ordinarius secreto curet casum ad se delatū predicto
 Pōntifici primo quoq; rēpore nūtiare, & interim rē omnē ab
 stirpe exquirere, & si necessitas tūc postulet, seculare quoq;
 brachiū adhibere. Sed ne quisquā horū ignorationē valeat
 excusare, iubemus presentes valuis ecclesie S. Ioan. Late-
 ranen. & basilicę Principis Apostolorū de vrbe, vbi publi-
 cabūtur, appendi, eisq; detractis earū exēpla eo in loco re-
 linqui, & ea pariter ab ōnibus locorū Ordinarijs in suis Ec-
 clesijs, locisq; insignibus promulgari. Quia vero difficile ni-
 mis esset, ipsas presentes, quocūq; illas opus erit perferre,
 volumus earū exēpla et impressa Notarij publici manu, &
 Prelati Ecclesiastici, eiusve Curie sigillo ob signata eandē
 illā prorsus fidē in iudicio, & extra illud vbiq; gentiū face-
 re, quā ipsemet presentes facerēt, si essent exhibite vel ostē-
 se. Nulli ergo omnino hominum liceat hāc paginam no-
 stre adiectionis, statuti, iussionis, & voluntatis infringere,
 vel ei ausu temerario contraire. Si quis autē hoc attentare
 presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac bea-
 torum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incur-
 surum.

Proprij.

clviij

surum. Datum Romę apud sanctū Petrū, Anno incar-
 nationis Dominicę 1569. Quartodecimo Kal. Ianuarij.
 Pontificatus Nostri Anno Quarto.

* Ego Pius Catholicę Ecclesie Episcopus.

- | | |
|--|--|
| Io. Car. Moronus Ep̄s Portuen. | Ego Ind. Analus Car. Arag. |
| Christophorus Card. Madrucus. | Ego P. Car. de S. Cruce. |
| Episcopus Prenestin. | Ego Z. Car. Delphinus. |
| Otho Truchses de Valdburg. Epi-
scopus Car. Albanen. | Ego Io. Fran. Car. Comendonos. |
| Ego A. Car. Farnesius Episcopus
Tusculan. Vicecancel. | Ego Marcus Ant. Car. Bobba. |
| Ego Io. B. Cicada Ep̄s Sabinen.
Car. S. Clementis. | Ego Hugo Boncompagnus Card.
S. Sixti. |
| * | Ego Alexander Car. Sfortia. |
| * | Ego Flavius Car. Vrsinus. |
| * | Ego A. Car. Cribellus. |
| Ego Iu. Car. Vrbinus. | Ego Guido Car. Verceles. |
| Ego Io. Car. Policianus. | Ego B. Car. Lomellinus. |
| Ego Scipio Car. Pisarum. | Ego Guliel. Car. Sirletus. |
| Ego Ia. Car. Sabellus. | Ego F. M. Bonellus Car. Alex.
Camer. |
| Ego Io. Ant. Car. sancti Georgij. | Ego F. Car. Alciatus. |
| Ego Phi. Car. Burdesius. | * |
| Ego A. Car. Granuellanus. | * |
| Ego F. Car. Paccieco de Toledo. | Ego Hier. Car. Simoncellus. |
| Ego M. Ant. Car. Amulius. | Ego Fer. Car. de Medicis. |
| Ego Hier. Car. de Corrigo. | Ego Io. P. Car. ab Ecclesia. |
| Franciscus Car. de Gambana. | A. Car. Garafa. |
| Ego Hip. Car. Ferrarien. | |

Ca. Glorierius.

H. Cumyn.

Anno

Motus

¶ Anno à Natiuitate Domini M. D. LXX. Indictione xiiij. Die v. Ianuarij Pontificatus sanctissimi in Christo patris & Domini Nostri Domini Pij diuina prouidentia Papæ V. retrospectæ literæ affixæ, & publicatæ fuerūt ad valuas Ecclesię S. Io. Lateranen. & Basilicę Principis Apostolorum de vrbe Cancellarię Apostolicę, & in acie cãpi Flore vt moris est per nos Iulium Parinum & Ioannẽ Bornotum S. D. N. Papę cursores dimissis in omnibus supra dictis locis earundem literarum copijs impressis affixis.

Io. Gerardi Magister Cursorum.

¶ SANCTISSIMI IN CHRISTO PATRIS, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. Bulla reformationis officij Sacrę poenitentiarie.

¶ PIVS Episcopus seruus seruorum, Dei Ad perpetuã rei memoriam.



N sublimi Beati Petri folio, meritis licet imparibus, superna dispositione locati; statim ab ipso nostri Pontificatus initio, officij nostri esse duximus, vt omni adhibita diligentia, errores, quos circa omnes gradus & hominum conditiones, nimia forsan licentia & impunitate, magno cū animi mœrore hisce potissimū temporibus

com-

Proprij.

clix

continuiti animaduertimus, prouidentie nostrę ministerio corrigere, & emendare: ac ea quę hominũ licentia crescẽte deformata essent, reformare: illaq; præsertim circa Romanę curiæ officia, & tribunalia ad verã debitãq; normam, et obseruantia reducere curaremus. Hinc est, quod nos ad Penitentiarie nostrę officium, in quo morũ censura & animarũ salus præcipuẽ vertitur, nostrę considerationis oculos dirigentes, & attẽdentes, in eo plures & diuersos abusus, propter superiorum tẽporũ licentia, & in curia irrepisse, ne illi sese latius diffundat, quantũ in nobis est occurrere volẽtes, habita desuper cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura, ipsoq; maiori Poenitentiario, ac eius officialibus auditis & eorũ iuribus diligenter visis, ac õnibus maturẽ cõsideratis, de ipsorũ fratrum cõsilio, auctoritate Apostolica tenore presentiu statuimus, & ordinamus: quod de cætero perpetuis futuris temporibus, pro tẽpore existẽs maior Poenitentiarius, ac eiusdẽ Poenitentiarie Reges, correctores, procuratores, ac alij quicũq; eius officiales & ministri ab eorũ omnium, quæ in infra scriptis capitulis & prohibitionibus cõtinentur, cõcessione, cõmissione, & expeditione penitus cessare & abstinere debeãt. Et in primis idẽ Poenitentiarius abstineat à cõmutationibus vltimarũ voluntatũ & earũ derogationibus, nec nõ ab vnionibus perpetuis & suppressionibus, ac translationibus bñficiorũ Ecclesiasticorum, & applicationibus vnus beneficij alteri bene-

beneficio; & illarum confirmationibus. Item à concessio-
 ne iuris patronatus, seu presentandi ad beneficia Ecclesia-
 stica propter augmentum fructuū, sed tantū ex causa fun-
 dationis, vel dotationis illud cōcedere possit. Similiter ab-
 stineat à licentijs standi extra, pro monialibus, ex quacum-
 que causa: nec nō à declaratorijs pro religiosis propter vim
 & metum, quæ ingressu religionis, vel emissionem professio-
 nis sibi illata fuisse pretendant: quando post emissionem pro-
 fessionem huiusmodi susceperunt sacros ordines in reli-
 gione: etiam si asseratur, quod eisdem vi & metu duratibus
 illos susceperint. In alijs autem casibus declaratorie ipsæ
 cōmittantur Ordinario loci: & vocato Priore Monasterij,
 in quo fuerit emissā professio, & nunquam in curia, etiam si
 pars, & testes presentes essent. Nec cōcedo: Religiosas licen-
 tias standi extra propter infirmitatis, & similia impedimē-
 ta: nec etiā pro subuentioe parētū, aut pupillorū, vel aliorū
 cōsanguineorū, nisi obtenta licentia suorum superiorū: &
 in facultatibus, pro religiosis eisdem, transeundi de ordine
 ad ordinē, etiam in casibus à iure permisis, apponatur sem-
 per clausula: Quod perpetuo ibidem in claustrō Domino
 famulari teneantur. A postatis vero absolutionem non con-
 cedat, nisi ea lege expressa, ut statim ad claustrum proprii
 ordinis redeant: vel ad alium ordinē transeāt æqualis vel ar-
 etioris obseruantie, ut ibi perpetuā vitā agāt. Nec illis, aut
 alijs translatis prædictis indulgeatur, ut beneficia Ecclesiasti-

ca obtinere: vel illis, uti mercenarij, deferuere, aut alias etiā
 de superiorū suorum licentia extra claustrū quoquo modo
 degere valeāt. Similiter nō concedat cōmissiones aliena-
 tionū, vel permutationū, aut affrancationū, aut illarū cōfir-
 mationū de bonis Ecclesiasticis in forma quæ dicitur. Si in-
 euidētē, pro rebus, quarū redditus annuus summā viginti du-
 catorū auri de Camera excedat: & cōmissiones huiusmodi
 Ordinario loci, & alteri personæ in dignitate Ecclesiastica
 cōstitutæ cōiunctim cōmittantur. Et si de ipsius Ordinarij
 interesse vel præiudicio agatur, tunc loco ipsius cōmittantur
 Metropolitanō. Et si res ad ipsum Metropolitanū ptineat,
 Ordinario viciniori: & nunquā similes cōcedantur cōmis-
 siones, quādo agitur de alienatione iurisdictionū, vel vassa-
 lorū ad Ecclesiā quouis modo pertinentiū. Præterea, ne Or-
 dinarij in corrigēdis subditorū excessibus impediātur, &
 delicta impunita remaneāt, nō concedat absolutiones, vel
 mādara de absoluendo ab homicidijs, vel alijs grauibus de-
 lictis, etiā occultis, pro quibus de iure ciuili poena capitalis
 imposita sit (præterquā in foro conscientie duntaxat.) In
 reliquis vero minoribus, & leuioribus excessibus, de quibus
 tamen delinquēs nō fuerit citatus, vel inquisitus, cōmitte-
 re possit Ordinario: ut imposita illi poena eius arbitrio, eū
 et in foro fori absoluat, ipsūq; ab executione ordinū, si se-
 cum super irregularitate dispensatum fuerit, similiter eius
 arbitrio suspendat. Episcopis tamē, vel eorū superioribus,

aut alijs praelatis Sedi Apostolicę immediatę subiectis, & quibusvis personis in terris Ecclesię, & multo minus in Vrbe delinquentibus, ab aliquibus delictis extra forū cōscientię absolutionē minime cōcedere possit. Caueat etiā Pœnitentiarius, ne in absolutionibus à Symonia reali, vel cōventionali, et occulta, vnquā cōcedat: vt ipsi Symoniaci beneficia, super quibus Symoniā cōmiserunt, seu pecunias, vel alia pro illis accepta, aut fructus exinde post cōmissā symoniā perceptos in toto, vel in parte retinere possint: quin immo in absolutionibus huiusmodi apponatur clausula: Quod vterq; ad beneficiū super quo fuit cōmissa symonia, perpetuo inhabilis existat. Et in super homicidia volūtario, etiā aliās canonicę absolute, altaris ministeriū, aut ascensum ad superiores ordines, & restitutionē aut retētionem beneficiorū, quibus ipso iure quis priuatus vel priuādus sit, concedere minimē valeat. Nec minus literas de promouendo ad sacros ordines, ac etiā ad primam tonsurā à quocunq; Catholico Antistite, nisi allegetur iusta causa, propter quā ab Ordinarijs suis promoueri, nec ab eis, aut eorū officialibus literas dimissorias obtinere valeāt: & tunc cōcedi possint à quocunq; Ordinario, vel pro eo Pontificalia exercente: & si causa allegata falsa fuisse deprehēdatur, sic promoti ab executione ordinum per suos ordinarios suspendi, vel illa et perpetuō priuari possint. Similiter idē Pœnitentiarius non concedat absolutiones à iuramento, nisi ad effectū agendi

dumta-

duntaxat. Nec dispensationes matrimoniales in forma gratiosa, sed semper cōmittantur Ordinarijs, p̄t aliās fieri cōsuevit. Nec cōcedat religiosi licētiā suscipiendi gradū Doctoratus, vel Magisterij cōtra statuta ordinis, nisi ex aliqua probabili causa, & nisi de licētia suorū superiorū. Nec absolutiones à fructibus indebitē perceptis, ratione intrusionis in beneficio, vel ob nō promotionē, aut aliū tituli defectū, etiā in foro cōscientię, nisi facta restitutione fructuū hmōi. Nec etiā absolutiones cōcedat pro vsurpata iurisdictione, vel violata libertate ecclesiastica, etiā in foro cōscientię, nisi cū clausula, Satisfacto prius de damnis & expensis parti lesę: Neq; facultates testandi iuxta formā quinterni simpliciter: sed cū clausula, Dūmodo non supra summā centum ducatorum, etiā ad pias causas, ac pro seruientibus. Religiosis vero etiā extra claustrū, etiā cum Apostolica dispēsatione degentibus, facultates testandi nullo modo cōcedantur. Et in super nō cōfirmet gesta per Ordinarios, aut a los inferiores illis de iure cōmuni nō concessa, nec suppleat eorū defectū. Minus etiā dispenset super ætate promouendorū ad sacros ordines de iure requisita: Nec tēpus praelatis ad munus cōsecrationis suscipiendū à iure statutū vltra tres menses, & terminū anni Rectoribus parochialiū ecclesiarum, & alijs quibusvis ad sacros etiā presbyteratus ordines suscipiēdos à iure, aut in fundatione beneficiorū quomodolibet cōstitutū, extra casus à iure permisso, vltra sex mēses minimē pro

Motus

rogare valeat. Et ultra premissa absteineat etiã ab expeditionibus quibuscũq; , quę sibi pliteras suarũ facultatũ expresse nõ cõceduntur, nisi alias de iure cõmuni in casibus, de quibus agetur, Ordinario cõcessæ reperiãtur. Nec suffragetur pretextº cõsuetudinis, seu styli, aut quasi possessionis ipsius maioris Pœnitentiarij, & predecessorũ suorũ in similibus cõcedendis, et si cõsuetudo, aut stylus, vel quasi possessio hmõĩ pliteras facultatũ suarũ generaliter approbata reperiãtur. Volumus insuper, quod officium sacrę Pœnitentiarię, Sede Apostolica vacãte, in oĩbus & singulis, quę ad forũ fori quomodolibet pertinẽt, penitus & õnino cõquiescat. Quodq; ea rãtũ pro animarũ salute expedire valeat, quę forũ cõsciẽtię respiciũt. Districtius inhibẽtes moderno, & pro tẽpore existẽti Maiori Pœnitentiario in virtute sanctę obediẽtię, ac Regeri, Correctoribus, Scriptoribus, Procuratoribus, Reuisoribus, Sigillatoribus alijsq; dictę Pœnitentiarię officialibus quibuscũq; , sub nostre indignationis, & excõmunicationis latę sentẽtię, nec nõ priuationis & amissionis suorũ hmõĩ, & aliorũ officiorũ, & bñficiarũ quorũcũq; per eos obtẽtorũ, & inhabilitatis ad illa, & alia in posterũ obtinẽda alijsq; grauioribus nostro, & pro tẽpore existẽtis R. O. Pont. arbitrio infligẽdis, & applicãdis pœnis. Ne de cõcessionibus, & expeditionibº sibi per presẽtes interdictis pmissorũ tenore, etiã pretextu quorũuis privilegiorũ, & indultorum eis quomodolibet concessorũ, se introuertere quoquo mo-

do

Propriij.

clxij

do audeãt, seu presumat. Decernẽtes quascũq; cõcessiones gratias, ac expeditiones deinceps ab eodẽ officio Pœnitentiarię contra presẽtiũ tenorẽ (quod absit) p tẽpore emanatas, et si in illis asseratur, viuæ vocis oraculo, ac de mada to nostro, & pro tẽpore existẽtis R. O. Pont. speciali, & expresso factas fuisse, nullas nihilominus, & inualidas, ac extortas, & surreptitias esse, & cẽseri: neminiq; propterea suffragari posse: & ita per quoscũq; locorũ Ordinarios, ac Iudices, & cõmissarios quauis aũcte fungẽtes, et causarũ Palatii Apostolici Auditores, ac eiusdẽ S. R. E. Cardi. (sublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicãdi, & interpretãdi facultate, & auctoritate) iudicari, & diffiniri debere: irritũ quoq; & inane, quicquid secus super his à quoquã quauis aũcte sciẽter vel ignorãter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus apostolicis, priuilegijs, quoq; & indultis eidẽ Maiori Pœnitentiario, ac eius officio, et in illis erectione, & institutione, etiã Motu pprio cõsistorialiter, ac de fratrũ earundẽ consilio, & assensu, sub quibuscunq; tenoribus, & formis, ac cũ quibusuis clausulis & decretis in genere, vel in specie, & alijs quomodolibet, etiã per felicis recor. Eugenium Quartum, Sixtum etiam Quartum, & Paulum Tertium, ac alios quoscunq; Rom. Pontifices prædecessores nostros, ac etiã nos concessis, approbatis, & innouatis, ac decretis, & censuris in illis appositis. Quibus omnibus, etiã si p illorũ sufficiẽti derogatione

X ij

de

Motus

de illis, eorumq; totis tenoribus specialis, specifica indiui-
dua, & expressa, ac de verbo ad verbū, nō autē per clausulas
generales idē importātes, mentio, seu quāuis alia expressio
habēda, aut aliquā alia exquisita forma ad hoc seruāda fo-
ret, Tenores hmōi presentibus p̄ sufficienter expressis ha-
bētes (illis aliās in suo robore permāsuris) hac vice dūtaxat
specialiter, & expresse derogamus, cōtrarijs quibuscunq;:
Aut si aliquibus cōmuniter, vel diuisim ab eadē sit sede in-
dultū, quod interdici, suspēdi, vel excōmunicari nō possint
per literas apostolicas nō faciētes plenā, & expressam, ac de
verbo ad verbū de indulto hmōi mētionē, & quibuslibet
alijs priuilegijs indulgētijs, et literis apostolicis generalib⁹,
vel specialibus quorumcūq; tenorū existāt, p̄ quā presenti-
bus nō expressa, vel totaliter nō inserta effectus presentiuū
impediri valeat quōlibet, vel differri, & de quibus, quorūq;
totis tenoribus specifica, indiuidua, & expressa, ac de ver-
bo ad verbū habēda esset in eisdē literis mētio specialis. Ut
autē presentes literæ ad ōniū notitiā deducātur, & oēs quo-
rū interest, vel interesse poterit, omnino afficiāt: Volumus
& mandamus, illas in Palatij nostri apostolici ac officij Poe-
nitentiariæ hmōi valuis, & acie cāpi Floræ affigi, & per ali-
quod temporis spaciū, relicta ibidē copia, detineri, vt his,
quos literæ ipsæ cōcernunt seu cōcernere poterunt quomo-
dolibet in futurū, quo ad ipsorū notitiā nō peruenierint, vel
illas ignorauerint, quo minus eos arctent perinde, ac si eis

per-

Proprijs.

c1xiiij

personaliter intima tā foret, nullā possint excusationē præ-
tendere vel ignorantia allegare: Cū nō sit verisimile apud
eos remanere incognitum, quod tā patenter extiterit publi-
catū. Nulli ergo ōnino hominū liceat hāc paginā nostrorū
statuti, ordinationis, voluntatis, inhibitionis, decreti, dero-
gationis, & mādati infringere, vel ei ausu temerario con-
traire. Si quis autē hoc attētare præsumpserit, indignatio-
nē omnipotētis Dei ac beatorū Petri & Pauli Apostolorū
eius, se nouerit incursturū. Dat. Romæ apud Sanctū Petrū,
Anno incarnationis Dominicæ 1562. Quarto Non.
Maij. Pontificatus Nostri Anno Tertio.

* Ego Pius Catholicæ Ecclesiæ Episcopus.

Ego R. Car. de Carpo Ep̄s Portuē.	Ego Io. B. Cicada Card. sancti Cle- mentis.
Ego F. Card. Pisanus Ep̄s. Toscul.	Ego B. Card. Tranen.
Ego F. Car. Casus Ep̄s. Prænesti.	Ego Scipio Cardinalis Pisanus.
Ego Io. Car. Moronus Ep̄s. Sabi.	Ego Io. Cardinalis Romanus.
Ego X̄p̄ophorus Cardin. Triden. Episcopus Albanen.	Ego Io. Antonius Car. Capisuccus
Ego Otho Truhcses Car. Augus.	Ego F. M. Card. Alexandrinus.
Ego B. della Cueva Cardinalis san- ctæ Crucis.	* Ego Iac. Cardinalis Sabellus.
Ego Ti. Cardinalis Crispus.	Ego Io. Ant. Card. sancti Georgij.
Ego Ful. Cardinalis Perus.	Ego Aloysius Card. Cornelius.
Ego Io. Michael Card. Saracenus.	Ego B. Cardinalis Saluiatus.
Ego Io. Card. sancti Vitalis.	Ego Ph. Cardi. Aburd.
Ego Iac. Cardinalis Puteus.	Ego Petrus Franciscus Cardinalis Ferreus.

X iij

Ego Mar.

Motus

Ego Marcus Antonius Cardinalis Amulius.	Ego N. Card. de Sermoneta.
Ego Hieronymus Card. Corrigiensis.	Ego Iu. Cardinalis Urbinas.
Ego B. Cardinalis Nauagerius.	Ego Alf. Carafa Card. Neapolita.
Ego Io. Franciscus Cardinalis de Gambara.	Ego Vitellorius Card. Vitellius.
Ego A. Car. Farnesius Vicecancell.	Ego Carolus Card. Borromeus.
Ego Gui. Asc. Card. Camerarius.	Ego Franciscus Card. Gonzaga.
	Ego Indicus de Aualos Cardinalis de Aragonia.
	Ego Alph. Cardi. Gesualdus.

Ant. Florebellus Lauellinus.
F. Delyon.

Anno a Natiuitate Domini, Millesimo Quingentesimo Sexagesimo Secundo. Indictione. V. die vero veneris. xv. mensis Maij, Pont. San. in Christo patris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. Anno tertio Retroscriptæ literæ apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Palatij Apostolici, & Palatij officij Sacræ poenitentiarie, et in acie Capi Floræ, vt in retroscriptis literis continetur, dimissis copijs earundem in dictis locis affixis, per nos Franciscum Rugerium, & Iulium Parinū prelibati Sanctissimi Domini Nostri Papæ Cursores.

Honofrius Montargull. Magister Curforum.

BULLA SANCTIS. D. N. D. PII DI-
uina prouidentia Papæ IIII. super reformatio-
ne officij Rotæ.

Pius


Propos

clxiii

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam
IN Trono iustitiæ, super omnes gentes, & Regna, meri-
tis licet imparibus, superna dispositione constituti, ad ea,
quæ iuris & iustitiæ cultu, ac obseruantia cœcernunt, dirigi-
mus potissimum aciem nostrę mentis, Vt vniuersis Natio-
nibus ad Sedem Apostolicam, omnium fidelium Matrē & Ma-
gistrā, pro litium, & cōtrouersiarū inter eos vigentiū deci-
sione, recurrētibus, longis iudiciorū curriculis sublatis, ac
minoribus quæ fieri poterit dispēdijs, opportune cōsularur.
Sane postquā Nos circa Curie nostrę reformationē soler-
ti studio intendentes, reliquorū eiusdē Curie Tribunalū,
& Officiorū remendationē, & correctionē cū Dei auxilio,
et venerabilū fratrum nostrorū S. R. E. Card. cōsilio, feliciter
peregimus, demum ad Palatij nostri Auditorium, in quo
vniuersorum Christi fidelium grauiores causæ per duodecim
summę virtutis & doctrinę viros, ex omnibus mundi parti-
bus magna cū diligentia conquisitos, mature cognoscun-
tur, & magna cum integritate & iustitia terminantur, ani-
mum adiecimus. Et licet in eodem Tribunali pauca admo-
dum correctionē digna offenderemus, nihilominus, vt ni-
hil intactum relinqueremus, nonnulla potius pro litibus
abbreviādis, ac partium dispēdijs euitādis, vel saltē minuēdis
vocatis ipsius Auditoribus, ac pluries tā in voce q̄ in scriptis
auditis, prouidenda censuimus. Et idcirco de eorundem

X iij

fratrum



fratrum nostrorum cōsilio statuimus & ordinamus, quod de cætero perpetuis futuris tēporibus, ad tollendū multiplicatiōē cōmissiōnū, & parcendum laboribus & expensis litigatiū, vnica, cōmissio in qualibet instātia sufficiat, & illius vigore Auditor causam sibi cōmissā cognoscere, & cum cōnibus & singulis dependētibus, & emergentibus, ac aliis quomodolibet incidētibus, decidere valeat. Possit etiam Auditor sine noua cōmissiōne prefigere terminū ad docendū de attentatis, ac nullitatibus, & causis, ppter quas quis in integrum restitui debeat; ac illo elapso & nō docto, ad causæ expeditionē procedere, nec nō remissorias decernere, dilationes cōcedere, liquidationes fructuum in partibus delegate, ac oīa & singula alia, vsq; ad finalē sententiarū suarū executionē includere, quæ de iure Ordinarij facere possunt. Prorogationes autē fatalium, sæpius, & passim nō cōcedat, sed tantū ex aliqua honesta causa, ac præuia illius cognitione, arbitrio Rote. Auditor tamē in aliqua causa, siue magni, siue parui momenti existat, etiā si eius decisio clari iuris esse videatur, diffinitiuā sententiā, vel interlocutoriā vim diffinitiuę habentē, ferre nō valeat, nisi causa in Rota pposita, & habitis votis Coauditorū, nisi partes in actis expresse cōsenserint, quod causa sine voto eorundem Coauditorū expediri possit. Idēq; in alijs quibusuis iudicialibus decretis seruari volumus, si actor vel reus vt negotium in plena Rote cognoscatur, institerit. Itē sententię late

per

per Auditores, put in cedula, vt moris est, vel per viā termini p seruato, subscribatur, & publicetur in actis intra quindecim dies, & in vltima anni audiētia late, infra mensem; alioquin pronuntiatiōes hmōi pro circumductis habeantur. Termini etiā pro seruatis habiti, & cedule ipsarum sententiarum, quę interdum per alium notariū quā actuarium ipsius causę, ad referendū accipi cōsueuerūt, referantur ipsi notario causę eadē vel sequenti die qua recipiuntur. In vltimis verō audiētijs saltē infra triduum; & si Auditor qui pronuntiauit, put in cedula, vel terminum habuit pro seruato, retinuerit citationē penes se, illā notario causę similiter intra prædictos dies cōsignare debeat: alias termini hmōi circumducti, & irriti censeantur. Auditor vero nō pronunciet in causa, nisi perfecto registro, & illo ad Rotā delato, vnā cū dictis testium, illisq; , ac iuribus in eadē Rota, prout res exegerit, lectis. In vltima verō anni audientia, ac quādocunq; agetur de ferenda declaratoria cōtra cōtumacem, etiā registro nō perfecto, ex actis originalibus pronunciare valeat: Ita tamen quod pars ad cuius instantiā pronunciatum fuerit, registrum ipsum pro actorum conseruatione quanto citius perfici curare teneatur. Et insuper Auditor partibus petentibus copiam decisionis in causa factæ, cum iuribus, ac rationibus tradere debeat, prout antiquitus laudabiliter fieri consuevit. Causæ autem proprię Auditorum, & eorum familiarium, ac consanguineorum, vel affiniū vsq; ad

ad secundum gradum iuxta ius Canonicum computandum, non cognoscantur in Rota. Nec Auditores in eorundem locis substitutos, vel Doctores, aut alios Iuris peritos, etiam consanguineos, qui substituti, vel Advocati aut Procuratoris officio fungantur, aut in casibus rotalibus, vel eorum processibus sese quoquomodo intromittant, nec Advocatos, & Procuratores, aut aliquos ex suis notaribus domesticos habeant. Item Advocati aut Procuratores consanguinei, vel affines usque ad secundum gradum, alicuius Auditoris, ac etiam illius notarii, in causis coram eo pendentibus, nullatenus patrocinari valeant. Nec Auditores compellant, aut aliquomodo inducant partes, per se, vel per alios, ut assumant certum Advocatum vel Procuratorem, sed electio huiusmodi omnino ipsarum partium arbitrio relinquatur. Item Decanus, & alij Auditores, praesertim antiquiores, attendant, ne aliquid non solum contra ius, sed nec etiam contra stylum, & decisiones antiquas factas in Rota, quae impressae habentur, quoquomodo decidatur, etiam praetextu aequitatis in iure non scriptae, nisi maxima cum ratione, & discussione, omnibus votis, seu saltem illorum duabus, tertijs partibus, aliter faciendum esse iudicaverint. Deinceps etiam in causis pendentibus non attendantur aliqua nullitates, praeterquam ex defectu iurisdictionis, citationis, vel mandati, nisi causa nullitatis specialiter ante datam praesentium commissa reperiretur. Et aliquidatione fructuum, & expensarum taxatio-

ne,

ne, semel tantum appellare liceat, ita quod duae conformes re iudicatam faciant. Auditores vero causas sibi commissas, pro sola partium importunitate ad Cancellariam remittere non possunt, sed tantum habita licetia a summo Pontifice, vel ex iustis causis deductis in Rota, & ab ea probatis. Et si Auditor cognoverit in actis adesse suspicionem criminis, remittat acta huiusmodi, vel illorum exemplum, prout res exegerit ad iudicem ordinarium. Et si causa criminalis praedicialis fuerit causae civili, in eius cognitione supersedeat. Et quando cunque iudex ipse ordinarius, in causis criminalibus coram eo pendentibus, indigerit depositionibus testium, vel aliquibus scripturis ad causas criminales facientibus, teneatur Auditor illas, vel earum exemplum, ut praefertur, exhiberi facere. Ut autem debitus modus sportulis imponatur, non possint Auditores a partibus per se vel alium quovis modo sportularum nomine aliquid petere, vel exigere, sed nec sponte datibus ultra taxam infra scriptam accipere: videlicet. In causis pecuniarijs seu prophanis, aut quae alias pretio numerario quoquomodo aestimari possint, si aestimatio rei, de qua agitur, non excedat summam mille ducatorum, usque ad aureos decem: a mille vero usque ad decem millia, viginti quinque: a decem millibus usque ad viginti millia, quinquaginta: Abinde supra usque ad quaecumque summam, centum. In beneficijs vero, si redditus annuus, de quo agitur, non excedat summam centum ducatorum, similiter decem: a centum vero usque ad mille

Motus

mille, viginti quinque; à mille vsq; ad tria millia, quinquaginta; abinde vero supra, centum aureos pro sportulis cuiuscumque; sententiae definitivae, duntaxat, ut praefertur, accipere valeat. Si vero causa aestimationem non facile recipiat sportulae moderatae pro rerum & personarum qualitate, iuxta taxas praedictas recipi possint. Nec aliquid ultra non solum ipsis Auditoribus, sed nec eorum familiaribus, vel consanguineis, aut alijs quibusvis personis, directe vel indirecte, quovis quavis colore vel ingenio, exceptis esculentis, & poculatis, quae triduo consumi possint, ipsarum sententiarum, aut Auditorum intuitu praestari possint. Quas quidem sportulas iuxta taxam praedictam, apud notarium causae post subscriptam sententiam, & notario traditam, & non antea, deponi, & Auditori consignari volumus. Quodque notarius de positione, & consignationem huiusmodi in actis notare, & specificare teneatur: Officia vero notariorum Rotae non conferantur nisi personis peritis & idoneis, quae per se ipsos illa exercere sciant, & exerceant, nisi aliqua legitima causa impediatur. Nec eo casu officia aliquibus arrendare, aut substitutos deputare valeant, nisi a proprio Auditore approbati fuerint, qui insuper de officio fideliter exercendo arbitrio Auditoris cavere debeant. Et pro ipsorum substitutorum facto notarii ipsi, quo ad interesse partium, tanquam principaliter obligati omnino teneantur. Districtius precipientes modernis, & pro tempore existentibus Auditoribus, & eorum Decano in

virtute

Proprij.

clxvij

virtute sanctae obedientiae, ac sub indignationis nostrae, & excommunicationis latae sententiae, alijsque; nostro & pro tempore existentis Rom. Pont. arbitrio infligendis poenis, ut praesentem constitutionem nostram singulis annis in prima audientia una cum alijs constitutionibus antiquis legi & publicari faciat: & illam, ac omnia, & singula in ea contenta, diligenter observet, & ab eorum notarijs & alijs, quatenus ad eos pertinet, observari curent cum effectu. Decernentes nihilominus irritum, & inane, si secus super his, ab ipsis, vel quibusvis alijs, scienter vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, ac ipsorum Auditorum collegij, etiam iuramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus, privilegijs quoque; indultis, & facultatibus, eisdem Auditoribus, & Collegio, etiam motu proprio, & consistorialiter, sub quibuscumque; tenoribus, & formis, ac cum quibusvis clausulis & decretis, in genere vel in specie, per quoscumque; Roma. Pont. praedecessores nostros, aut etiam nos concessis, approbatis, & innovatis. Quibus omnibus, etiam si pro illorum sufficienti derogatione, de illis, eorumque; totis tenoribus, speciali, specifica, & expressa, ac individua, & de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes, merito habenda, seu quavis alta exquisita forma servanda foret, tenores huiusmodi pro sufficienter expressis habentes, specialiter & expresse derogamus: contrarijs quibuscumque; Aut si praefatis

fatis

Motus

fatis Auditorib⁹, vel quibusuis alijs, cūmuniter vel diuifim ab eadē sit indultum, quod interdici, fufpēdi, vel excomunicari nō poffit, per literas Apoftolicas nō facientes plenā, & expreffā, ac de verbo ad verbum de indulto hmōi mētiōnē. Vt autem præfentes literæ ad oīum notitiā deducātur, nullusq; illarū ignorantia prætere valedat, volumus, & mādamus, illas in eiuſdē audientiæ Palatij noſtri, ac Cācellariæ Apoftolicæ valuis, & acie cāpi Florē, per aliquos ex Curforibus noſtris affigi, & per aliquod tēporis ſpatium, relicta ibidē earum copia, affixas detineri, & exinde oēs, & ſingulos quorū intereſt, vel intereſſe poterit quomodolibet in futurū, afficere, ac ſi eis perſonaliter intimatæ forent. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginā noſtrorū ſtatuti, ordinationis, volūtatis, præcepti & derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autē hoc attētare præſumpſerit, indignationem oīpotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoftolorum eius, ſe nouerit incurſurum. Dat. Romæ apud ſanctum Petrum. Anno incarnationis Dominicæ, 1562. Sexto Kal. Ianuarij. Pontificatus Noſtri Anno Tertio.

* Ego Pius catholicæ Eccleſiæ Epifcopus.

Ego R. Car. de Carpo Epif. oftien.
Ego F. Car. Piſanus Ep. ſporuen.
Ego Fed. Car. Caſius Epif. Tuſcul.
Ego Io. Card. Meronius Epif. Præp.

Ego Otho Car. Auguſt. Epif. Alba.
Ego R. Car. S. Ange. Maior. Pan.
Ego Ti. Card. Criſpus.
Fulius Card. Per.

Ego

Proprij.

clxviij

Ego Io. Mi. Card. Saracenus.	Ego M. Ant. Card. Amulius.
Ego Io. Card. ſancti Vitalis.	Ego Aloyſius Card. Cornelius.
Ego Io. B. Cicada Car. S. Clemen.	Ego B. Card. Nauagerius.
Ego B. Card. Tranen.	Ego Io. Franciſcus Car. de Gamb.
Ego Scipio Card. Piſarum.	Ego A. Car. Farnelius Vicecance.
Ego Clemens Card. Aræ cæli.	Ego G. Af. Card. Cam.
Ego F. M. G. Car. Alexandrinus.	Ego Iu. Cardinalis Urbinaſ.
Io. Ant. Card. Capifuccus.	Ego Hier. Card. Simoncellus.
Ego Io. Ant. Card. ſancti Georgij.	Ego Vitellotius Card. Vitellius.
Ego Bernardus Card. Saluiatus.	Ego Carolus Card. Borromenus.
Ego Phi. Card. Aburd.	Ego Franciſcus Card. Gonzaga.
Ego Io. Car. Reumarus.	Ego Ia. de Aualos Card. Aragón.

Cæ. Glorierius.

F. Deylon.

¶ Anno à Natiuitate Domini 1563. indiſtione. vj. die vero xxij. menſis Ianuarij, Pontificatus ſanctiſſimi in Chriſtopatris, & D. N. D. Pij diuina prouidentia Papæ IIII. Anno quarto Retroſcriptæ literæ Apoftolicæ præſentatæ, intimatæ, & notificatæ fuerunt Reuerendiſ. Patribus Do. Io. Baptiſtæ de Rubeis Decano, Paulo Æmelio Verrallo Epifcopo Caputaque. Iulio Oradino Epifcopo Peruiſino, Gaspari Groperio, Franciſco Sarmiento, Pomponio Cottæ, Iacobo Grato & Chriſtophoro Roboſter Sacri Palatij Apoftolici cauſarū Auditorib⁹ & locatēnen. reſpectiue eos requiren. vt eiſdē literis in omnibus & per omnia parent, & obedirent, copiā earundem literarū eiſ dimittēdo, Romę in Palatio Apoftolico, & in Circulo ſecreto Rotę per.

personaliter inuentis, habitis, & apprehensis. Deinde re-
troscriptæ præfatæ literæ, lectæ, affixæ, & publicatæ fuerunt
in locis in eisdem literis designatis, iuxta earum literarum
seriem, & tenorem per nos Bernardinum, Andreutium, &
Iulium Parinum Apostolicos Cursores.

Petrus Valtrini Magister Cursorum.

B V L L A S. D. N. D. PII DIVINA

providentia Papæ III. super Cōfirmatione œcu-
menici generalis Concilij Tridentini.

PIVS Episcopus seruus seruorum Dei. *Ad perpetuâ
rei memoriam.*

Benedictus Deus, & pater dñi nostri Iesu Christi pater
misericordiarum, & Deus totius cōsolationis: qui re-
spicere dignatus ecclesiã suã sanctã, tot procellis & tēpesta-
tibus agitãtam atq; vexatã, & grauius indies laborantem,
apto tandē ei subuenit optatoq; remedio. *Ad plurimas,*
& perniciosissimas hæreses extirpãdos, ad corrigēdos mo-
res, & restituendã ecclesiasticã disciplinã, ad pacem, & con-
cordiã Christiani populi procurandã indictum iam pridē
in Ciuitatem Tridentinã œcumenicũ, & generale Cōciliũ
à piæ memoriæ Paulo III. prædecessore nostro, & sessioni-
bus aliquot habitis cęptum fuerat. Ab eius autē successore
Iulio in eandem urbē reuocatum, post aliàs sessiones cele-
bratas varijs impedimētis, & difficultatibus obiectis, ne tũ
qui-

quidem peragi potuerat. Itaq; diutius intermissum fuerat,
nō sine maximo mērore piorum omnium, cum quotidie ma-
gis ecclesia eiusmodi remedium imploraret. Nos autē post
susceptũ Sedis Apostolicæ regimen, tam necessariũ, ac salu-
tare opus sicut Pastoralis sollicitudo monebat: diuinæ mise-
ricordię fiducia perficere aggressi, adiuti pio studio carissi-
mi in Christo filij nostri Ferdinandi Romanũ, Imperatoris
electi, et aliorum Christianorum Regum rerum publicarũ,
ac Principum, tandē cōsecuti sumus: quod nec diurnis, nec
nocturnis curis elaborare destitimus: quodq; à patre lumi-
nũ assidue precati sumus. Cũ enĩ eã in urbē vndiq; ex Chri-
stiani nominis nationibus cōuenisset nostris cōuocata lite-
ris, & sua etiã ipsorum pietate excitata Episcoporũ, & alio-
rum insignum Pręlatorũ maxima, & æcumenico Cōcilio
digna frequentia præter plurimos alios pios, & sacrarũ lite-
rarũ scientia diuiniq;, & humani Iuris cognitione præstanti-
tes viros præsidentibus ipsi synodo Sedis Apostolicę Lega-
tis, nobis ad eo Cōcilio libertati fauentibus: vt etiã de rebus
Sedi Apostolicę proprie reseruatis liberũ ipsi Concilio ar-
bitrium per literas ad Legatos nostros scriptas vltro per-
miserimus quę de sacramentis, & alijs rebus quę quidē ne-
cessarię visæ sint, tractanda diffinienda, & statuenda resta-
bant ad cōfutandas hæreses, ad tollendos abusus, & emen-
dãdos mores: à sacro sancta synodo summa libertate dili-
gentiaq; tractata, & accurate, ac mature admodũ diffinita,

explicata, statuta sunt. Quibus rebus perfectis Conciliū tāta omnium qui illi interfuerunt cōcordia peractum fuit, vt cōsensum eum plane à domino effectū fuisse cōstiterit, idq; in nostris atq; omniū oculis valde mirabile fuerit. Pro quō tā singulari dei munere supplicationes statim in Alma hac Vrbe indixim⁹ quę magna Cleri & populi pietate celebratę fuerūt laudesq; & gratias diuinę maiestati merito persoluendas curauimus, cum eiusmodi Cōcilij exitus spē magnā, & prope certam attulerit fore, vt maiores indes fructus ad ecclesiam ex ipsius decretis cōstitutionibusq; perueniant. Cum autē ipsa sancta Synodus pro sua erga Sedem Apostolicā reuerentia antiquorū etiā Cōciliorum vestigijs inherens, decretorum suorū omniū quę nostro, & predecessorū nostrorū tēpore facta sunt confirmationē à nobis petierit decreto de ea re in publica sessione facto nos ex Legatorū litteris prius, deinde post reditum eorum ex ijs quę Synodi nomine diligenter rerulerunt postulatione ipsius synodi cognita, habita super hac re, cum venerabilibus fratribus nostris S. R. E. Cardinalibus deliberatione matura. Sāctiq; Spiritus imprimis auxilio inuocato, cū ea decreta omnia Catholica & populo Christiano vtilia, ac salutaria esse cognouissemus ad Dei omnipotentis laudē de eorundē fratrum nostrorū cōsilio, & assensu in Cōsistorio nostro secreto illa omnia, & singula auctoritate Apostolica hodie confirmauimus, & ab omnibus Christianis suscipienda, ac

ser-

seruanda esse decreuimus, sicut harū quoq; literarū tenore ad clariorē omnium notitiā cōfirmamus, & suscipi obseruariq;, decernimus. Mandamus autem in virtute sanctę obedientię, & sub pænis à sacris Canonibus constitutis alijsque grauioribus, etiā priuationis arbitrio nostro infligendis, vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris, Patriarchis, Archiepiscopis, Episcopis, & alijs quibusuis ecclesiarum Prælati, cuiuscunq; status, gradus, ordinis, & dignitatis sint, etiā si Cardinalatus honore præfulgeant, vt eadē decreta, & statuta in ecclesijs suis, Ciuitatibus, & diocesis, in iudicio, & extra iudiciū diligēter obseruēt, & à subditis quisq; suis ad quos quomodolibet pertinent inuiolabiliter faciant obseruari, contradictores quoslibet, & contumaces per sententias, censuras, & pænas ecclesiasticas, etiā in ipsis decretis contentas, appellatione postposita cōpescendo: inuocato etiā, si opus fuerit Brachij secularis auxilio. Ipsum vero carissimum filium nostrum Imperatorē electum cæterosq; Reges, respublicas, ac Principes Christianos monemus, & per viscera misericordię dñi nostri Iesu Christi obtestamur, vt qua pietate, concilio per Oratores suos affuerunt, eadē pietate, ac pari studio diuini honoris, & populorum suorū salutis causa profedis quoq; Apostolicę, & sacre Synodi reuerentia ad eiusdem cōcilij exequēda, & obseruāda decreta Prælati, cum opus fuerit auxilio, & fauore suo adsint, neq; aduersantes sanę, ac salutari

Y ij

con-

concilij doctrinæ opiniones à populis ditionis suæ recipi permittant, sed eas penitus interdican. Ad vitandum prætere peruersionem, & confusionē quæ oriri posset si vnicuiq; liceret, p̄t ei liberet in decreta Cōcilij cōmentarios & interpretationes suas edere: Apostolica auctoritate inhibemus omnibus, tam ecclesiasticis personis cuiuscunq; sint ordinis conditionis, & gradus, quàm laicis quocunq; honore ac potestate præditis, Prælaris quidē sub interdicti ingressus ecclesiæ, alijs vero quicunq; fuerint sub excommunicationis latæ sententiæ pænis, ne quis sine auctoritate nostra audeat vllos cōmentarios, glossas, annotationes, scholia, vllum e omnino interpretationis genus super ipsius cōcilij decretis quocunq; modo edere aut quicquā quocunq; nomine, etiam sub prætextu maioris decretorum corroboratio nis aut executionis aliouè quæsito colore statuere. Si cui vero in eis aliquid obscurius dictum, & statutum fuisse eaq; ob causam interpretatione, aut decisione aliqua egere visū fuerit, ascēdat ad locum quē dominus elegit, ad Sedē videlicet apostolicam omnium fidelium magistrā, cuius auctoritatem, etiam ipsa sancta Synodus, tam reuerēter agnouit. Nos enim difficultates, & controuersias siquæ ex eis decretis ortæ fuerint nobis declarandas, & decidendas quē admodum ipsa quoq; sancta Synodus decreuit, reseruamus, parati sicut ea de nobis merito cōfisa est omnium prouinciarum necessitatibus, ea ratione quæ commodior nobis visa fuerit

fuerit prouidere. Decernentes nihilominus irritum, & inane si secus super his à quoquā quauis auctoritate sciēter, vel ignoranter cōtigerit attemptari. Vt hæc autē ad omnium notitiam perueniāt, neue quis excusatione ignorationis vti possit: Volumus, & mandamus, vt hæc literæ per aliquos curiæ nostræ Cursores in Basilica vaticana principis Apostolorū, & in ecclesia Lateranē. tunc cū in eis populus, vt missarum sole annibus intersit cōgregari solet palam, & clara voce recitētur, & postquā recitate fuerint ad valuas earū Ecclesiarum, Itemq; Cancellariæ Apostolicæ, & in loco solito Campi Floræ affigātur ibique, vt legi, & omnibus innotescere possint aliquantis per relinquātur. Cū autem inde amouebuntur relictis de more ibidē exemplis in Alma Vrbe ad impressionem tradantur quo cōmodius per Christiani nominis Prouincias, & Regna diuulgari possit Trāsumptis quoq; earū quæ manu alicuius publici Notarij scripta subscriptæ, & sigillo, ac subscriptiōe alicuius personæ in dignitate ecclesiastica cōstituta munita fuerint fidem sine vlla dubitatione haberi, mādamus atq; decernimus. Nul i ergo omnino hominum liceat hanc paginā nostræ confirmationis, monitionis, inhibitionis, reseruationis, volūtatis mandatorū, & decretorum infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attēptare præsumpserit indignationem omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius senouerit incursum.

Motus

Dat. Romę apud Sanctum Petrum Anno Incarnationis Dominicę 1563. Septimo Kl. Februarij Pontificatus Nostri Anno Quinto.

✱ Ego Pius Catholicę Ecclesię Episcopus.

Ego F. Card. Pisanus Ep̄s Ostien.
Decanus.

Ego Fed. Car. Cęsius ep̄s. Portuę.
Ego Io. Card. Moronus episcopus.
Tusculan.

Ego A. Card. Farnesius Vicecan.
episcopus Sab.

✱
✱

Ego R. Car. S. Angeli Maior peni
ten.

✱
✱

Ego Io. Cardinalis S. Vitalis.
Ego Io. Michael Car. Saracenus.

✱

Ego Io. B. Cicada Car. S. Clem. ff.
Ego Scipio Cardinalis Pisanus.

Ego Io. Cardinalis Reomanus.
Ego F. M. G. Card. Alexandrinus.

Ego Clemens Cardinalis Aręcali.
Ego Ia. Cardinalis Sabellus.

✱

✱

Ego B. Cardinalis Saluiatus.

Ego Ph. Cardinalis Aburd.

Ego Lud. Cardinalis Simoneta.

✱

✱

Ego F. Car. pacieccus, y deto.

Ego M. A. Card. Amilius.

Ego Io. Franciscus Cardinalis de
Gambara

Ego Carolus Card. Borromeus.

Ego M. S. Cardinalis const.

Ego Alph. Card. Gesualdus.

Ego Hip. Cardinalis Ferrar.

Ego Franciscus Car. Gonzaga.

✱

Ego Gui. Asc. Diac. Card. Cam.

Ego Vitellotius Car. Vitellius.

✱

✱

✱

✱

Ant. Florebellus Lanellinus.

H. Cumyn

Bulla

Proprij.

clxxij

¶ BULLA SANCTISS. D. N. PII PAPÆ V.
Reuisionis & Recuperationis bonorum Eccle-
siasticorum male Alienatorum.

¶ PIVS Episcopus seruus seruorum Dei, Ad perpetuam
rei memoriam.



T si de singulis pastoralis officij cura nos
admonet esse sollicitos: Fabricam tamę
sancti Petri, quam speciali quadam cura
nobis cognoscimus esse commissam, spe-
cialis intentionis fauore prosequimur,
eamque gratijs attollimus opportunis.

Accepimus sanę nuper quod diuersę personę tam eccle-
siasticę, quam sæculares quam plura bona, possessiones, &
terras ad Ecclesię etiam Metropolitanę. Monasteria, bene-
ficia, domos, & alia regularia, ac alia pia loca, necnon Hos-
pitalia pertinentia & spectantia, prætextu diuersarum alie-
nationum eis contra tenorem literarum fœlicis recordatio-
nis Symachi, & Pauli ij. ac aliorum Romanorum Pontificũ
prædecessorum nostrorum, aut sine apostolicę sedis licen-
tia, seu illarum forma non seruata, aut alias in euidentis dam-
num, & præiudicium ecclesiarũ, Monasteriorum, benefi-
ciorum, & piorũ locorum huiusmodi factarum occupaue-
runt, & detinuerunt, ac de præsentibus occupent, & detineant.

Y iij

Nos

Motus

Nos præmissa conniuentibus oculis pertransire nequeuntes, utpote quæ in diuinæ maiestatis offensam, ac ecclesiarum, & ordinis clericalis detrimentum tendant, utque Fabricæ Basilicæ præfatæ maximis necessitatibus succurramus, Dilectos filios Collegium, & deputatos Fabricæ præfatæ, eorumque pro tempore Auditores, & Ministros, ac eorum singulos à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, aliisque ecclesiasticis sententijs, césuris, & pœnis à iure vel ab homine quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum præsentium duntaxat consequendum, harum serie absolutes & absolutos fore censentes, Motu proprio, non ad ipsorum deputatorum, & Collegij, ac Auditorum, & ministrorum præfatorum, vel alicuius eorum, aut pro eis nobis super hoc oblatæ petitionis instantiam, sed ex certa scientia, ac de mera nostra liberalitate, & apostolicæ potestatis plenitudine eisdem Collegio, & deputatis, eorumque pro tempore Auditoribus & ministris præfatis, ut omnes, & singulas Alienationes in emphiteosim, seu césum perpetuum, aut tertiam, vel aliam generationem, seu hominis vitam, aut aliud tempus ultra triennium locationes, vel concessiones, seu permutationes aut occupationes, de quibusvis terris, possessionibus, aut alijs bonis immobilibus, seu rebus & iuribus, tam spiritualibus, quam temporalibus Ecclesiarum, Monasteriorum, domorum, beneficiorum, hospitalium, & aliorum pi-

rum

Proprij.

clxxiiij

rum locorum quorumlibet sine sedis apostolicæ licentia, aut illius forma non seruata in damnum ecclesiarum, seu solemnitatibus à iure requisitis, aut constitutionibus ipsorum Monasteriorum seu domorum minime seruatis, aut alias nulliter hætenus factas reuidere, & constituto sibi quantum sufficere videbitur de præmissis, illas & contractus superinde sub quibusvis formis, & verborum expressionibus habitos, & celebratos, etiam si iuramento vallati existant, eorum omnium tenores, ac si de verbo ad verbum præsentibus infererentur pro expressis habentes, auctoritate apostolica ad solius præfatæ Fabricæ procuratoris instantiam, etiam parte inuita, & contradicente, facta sibi prius intimatione per tres menses, tenore præsentium rescindere, irritare, cassare, & annullare, ipsosque detentores, & occupatores ad terras, possessiones, & bona, res, & iura præfata, ut præfertur detenta, & occupata relaxandum, & de fructibus tam hætenus perceptis, & qui percipi potuerunt, quam in posterum percipiendis realiter satis faciendum cogere, & compellere, bonorumque, & fructuum recuperandorum huiusmodi tertiam partem ipsi Fabricæ, reliquis duabus partibus ecclesijs, monasterijs, beneficijs, domibus, hospitalibus, & pijs locis ad quæ bona ipsa spectabunt, cum effectu consignatis, vindicare, et applicare possint et valeant, facultate et auctoritatem concedimus, et impartimur. Ita ut eisdem Collegio, deputatis, eorumque auditoribus, & ministris liceat

liceat dictæ tertiæ partis hmoi bonorum præfatæ Fabricæ, ut præmittitur applicatorum corporalem possessionem propria auctoritate libere apprehendere, illamq; in dictæ Fabricæ vsus, & vtilitatem absque alia sedis apostolicæ, & superiorum ecclesiarum, monasteriorum, domorum, beneficiorum, hospitalium, & aliorum piorum locorum, ad quæ bona ipsa & fructus spectabunt, licentia alienare, vèdere, & convertere, dioecesani loci, vel cuiusvis alterius licentia desuper minime requisita. Decernentes præsentis literas nullo vnquam tẽpore de subreptionis, vel obreptionis vitio, aut intetionis nostræ, vel quopiam alio defectu notari, impugnari, aut invalidari, etiam ex eo capite quod interesse habentes vocati nõ fuerint, aut ad iuris terminos reduci, minusq; in cõtrouersia vocari posse, sed semper validas & efficaces existere, suosq; plenarios effectus sortiri, minusque sub quibusvis similibus, vel dissimilibus gratiarum reuocationibus, suspensionibus, limitationibus, & derogationibus comprehendi vllatenus posse, sed ab illis exceptas, & quoties illæ emanabunt toties in pristinum statum restitutas esse, & censerì. Sicque per quoscunque Iudices, & Commissarios quauis auctoritate fungentes etiam causarum Palatii apostolici Auditores, sublata eis & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi facultate, iudicari debere. Irritum quoq; , & inane si secus super his a quoquam quauis auctoritate scienter, vel ignoranter cõtigerit attetari. Non obstantibus præmissis, ac quibusvis

apo-

apostolicis, necnon in prouincialibus & synodalibus Concilijs editis specialibus vel generalibus, cõstitutionibus, & ordinationibus, ac quibusvis etiam iuramento, confirmatione apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis, statutis & cõsuetudinibus, priuilegijs quoq; indultis, & literis apostolicis quibusvis personis in genere, vel in specie quomodo libet cõcessis, cõfirmatis, approbatis, & innouatis. Quibus omnibus, etiam si de illis eorumq; totis tenoribus specialis, specifica, & expressa mentio habenda, seu aliqua alia exquisita forma ad hoc seruanda foret, tenores huiusmodi præsentibus pro expressis habentes, illis alias in suo robore permanfuris, hac vice duntaxat specialiter, & expresse derogamus, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem quod præsentium transumptis etiam impressis, manu Secretarij, & sigillo Collegij dictæ Fabricæ subscriptis, & munitis, eadem prorsus in iudicio, & extra fides adhibeatur, quæ præsentibus adhiberetur si forent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ absolutionis, concessionis, impartitionis, decreti, derogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursum.

Datum Romę apud sanctum Petrum, Anno Incarnationis Dominicę, Millesimo quingentesimo sexagesimo nono

vnde-

Motus

vndecimo kalendas. Ianuarij. Pontificatus Nostri

Anno Quarto.

Ce. Glorierius. C. Rouyer.

Registrata apud Cæsarem Secretarium.

¶ SANGTISS. D. N. D. PII. PAPÆ V.

Reuocatio privilegiorum de nō recipiendis vel re-
tinendis fratribus alterius ordinis.

¶ PIVS Episcopus servus servorum Dei, Ad perpetuam
rei memoriam.

QUæcunque Sacrarum religionum statum offendere
noscuntur, nostrū nos incitat officium de medio re-
mouere. Quāquam. n. de cohibēdis regularibus ad alium
ordinem translatis sancta Synodus Trident. Salubri cōsi-
lio decreuit, vt nemo cuiuscunque ordinis prælatus vel su-
perior vigore cuiuscunque facultatis illorum quæpiam ad
habitū & professionē admittere possit, nisi vt de ordine ad
quem transfertur sub sui superioris obedientia in claustrō
perpetuo maneat, multi tñ superiores & prælati obtentu pri-
uilegiorū quā plurimos apostatas & alios diuersorū ordinū
ad se obiurgia, cōtentiones, leuitatē, & malefacta vt maxi-
me fugientes, eo etiam consilio receptare nō desinunt, vt
illorum opera in curandis infirmis gerendis que eorū locorū
rebus & negotijs vtantur. Ex qua re pleriq; solutiores effe-
cti & quasi impunitatē assecuti nō personas tñ eorū ordinū,
vnde

Proprij.

clxxv

vnde animaduersionis metu exierant, sed & ipsoꝝ ordinū
ritus moresq; maledictis insequuntur. Quo circa cū hmōdi
priuilegia veniat abrogantia quicūq; insigniter cōperiuntur
nocere, vel et scādala generare. Nos his alijsq; ratioabilibus
causis adducti, & vt quibuslibet hmōi effugia p̄cludamus,
De nobis attributę potestatis plenitudine reuocam⁹ & abo-
lemus oīa, & quicūq; priuilegia, facultates, dispēsatiōes &
indulta recipiendi, vel retinēdi fratres, monachos, canoni-
cos & alios et laxionū ordinū p̄fessores quibuscūq; ordini-
bus, monasterijs, hospitalib⁹, militijs & pijs locis etiā S. An-
tonij Viēensis S. Spiritus in Saxia de vrbe, S. Ioānis Hie-
rosolym. Iesu Christi, S. Iacobi de Spatha, S. Lazari Hie-
rosolym. eorūq; ecclesijs per quoscūq; Rom. Pont. præde-
cessores nostros ac nos & Sedē Apōstolicā, tā in ipsoꝝ mo-
nasteriorū, hospitaliū, & locorū institutiōe, q̄ deinceps quo-
modocūq; ac quotiescūq; et per modū statuti perpetui ac
initi & stipulati cōtractus, & alijs sub quibuscūq; tenorib⁹
& formis, ac cū quibusuis restitutiōibus, p̄seruationibus,
mētis attestationibus, derogatorijs derogatorijs, alijsq;
fortioribus, efficaciorib⁹ efficacissimis & insolitis clausulis,
nec nō irritatibus & alijs decretis et motu p̄prio & ex certa
scientia, deq; similis potestatis plenitudine et pauperū, infir-
morū miserabiliū & cuiuscūq; alterius pij operis intuitu, ac
et ex quibuscūq; alijs causis quātūmuis grauib⁹ charitatiuis
& necessarijs, et cōsideratione vel ad supplicationē impera-
torum

Motus

torum, regū, aliorūq; principū necnōn S.R.E. Card. deq; illorū cōsilio & natura deliberatiōe prius habita, cōcessa cōfirmata, & ēt multiplicatis vicib⁹ innouata extēsa vel etiā moderata. Cassam⁹ quoq; & annullamus quoad illa oēs apostolicas & alias literas super his cōfectas ac processus & alia inde sequuta quęcūq;. Ac volumus ea oīa vires & effectū ac cætero nō habere, ita vt posthac illorū sic reuocatorū p̄textu p̄latis & superiores p̄dicti aut alij quicūq; nullū p̄fus, alterius ēt laxioris ordinis vel obseruatię regularē ēt spirituale trāscūdi ad ipsos licentiā ferentē ad habitū & p̄fessionē regularē in suis quisq; monasterijs domib⁹ locis vel ordinibus, ēt vt in claustris perpetuo maneāt admittāt: nec oīno quęq; recipiant vel retineāt. Eos vero, quos iā habēt translatus ad eorū superiores & loca eius ordinis vnde erāt profecti quāprimū remittāt. Decernētes admissiōes receptiōes & retētiōes hmōi nulla firmitate subsistere, ne minēq; profus vlli roto vllive regulę vel obseruatię ēt iuramento aliaue solēnitare p̄missę obligare, necnō irritū & inane quicquid secus per p̄dictos aut quoscūq; alios quauis auctoritate sciēter vel ignorāter cōtigerit attēptari. Quicūq; vero aliquē cōtra huius nostrę reuocatiōis tenorē admiserint aut receperint illos aut quibus iā habēt trāslatos aut receptos retinuerint, eos oībus & singulis dignitatibus administrationibus, bñficijs officijs fructibus & pensionibus ecclesiasticis p̄sentiū auctoritate priuamus & ad futura inhabiles

Proprij.

clxxvj


biles esse volumus eo ipso. Quo circa oībus locorū ordinarijs in quorū diocesis loca p̄dicta cōsistunt per apostolica scripta mādamus, vt per se vel aliū seu alios de trāslatis p̄dictis auctoritate nostra cognoscētes in eos, quos cōtra p̄scriptū nostrum degere inuenerint, ac etiā recipiētes vel retinentes, reiecto quocūq; exēptionis priuilegio animaduertāt ipsasq; p̄terea trāslatos vel retentos ad priores ordines & disciplinā remittere procurent cōtradictores quoscūq; per censuras & p̄nas ecclesiasticas cęteraq; iuris & facti remedia opportuna quacūq; appellatione postposita cōpescendo inuocato etiā ad hoc, se opus fuerit, auxilio brachij sæcularis. Nō obstāte, cōstitutionibus & ordinationib⁹ apostolicis ac monasteriorū, hospitalium, militiarū, ordinū & locorū p̄dictorum iuramento cōfirmatione apostolica vel quauis firmitate alia roboratis, statutis, cōsuetudinibus stabilimentis v sibus & naturis: quodq; p̄latis & superioribus p̄dictis, vel quibusuis alijs communiter vel diuina a p̄dicta sit sede indultū quod literis reuocatorijs sub quacūq; formula æditis nullatenus, vel nisi modis & formis in hmōi indultis cōtentis parere, & ob non paritiōē aliquas censuras & p̄nas incurrere, aut alias interdici vel excommunicari non possint per literas apostolicas nō faciētes plenā & expressam ac de verbo ad verbū de indulto hmōi, necnō monasterijs hospitalibus militijs & ordinibus hmōi mētionem, & quibuslibet alijs priuilegijs exemptionibus indul-

Motus

indulgentijs & literis apostolicis generalibus & spiritualibus etiam motu scientia & potestatis plenitudine concessis cuiuscunque tenoris existant, per quæ presentibus non expressa, vel omnino non inserta effectus earum impediri valeat quomodolibet vel differri, & de quibus quorumque totis tenoribus habenda sit in nostris literis mentio spiritualis. Quæ omnia nolumus cuiquam contra prædicta in aliquo suffragari, cæterisque contrarijs quibuscunque. Volumus autem ut ipsarum præsentium exempla ædantur, eadè que etiam impressa notarij publici manu & prælati ecclesiastici, eiusve curiæ sigillo ob signata eandè illam ubique locorū fidem in iudicio & extra illud faciant, quā ipsæ præsentibus facerent si essent exhibitæ vel ostensæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ reuocationis, abolitionis, cassationis, annullationis, priuationis voluntatis, mandati, & decreti infringere vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præsumpserit indignationem omnipotentis dei ac beatorum Petri & Pauli Apostolorum eius se noverit incursum. Dat. Romæ apud sanctū Petrum Anno incarnationis Dominicæ M. D. LXIX. pridie Idus Octobris, Pontificatus Nostri Anno Quarto.

Cæ. Glorierius.

H. Cumyn.



¶ F I N I S.